


ISOCRATIS
PANEGYRICUS.

CUM

MORI SUISQUE ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

FRID. AUG. GUIL. SPOHN.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

CURAVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS

a. MDCCCXXXI.

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

IO. HENRICO BREMIO

ET

IO. CASP. ORELLIO

HANC PANEGYRICI EDITIONEM

GRATISSIMO ANIMO

OBTULIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

PRAEFATIO

IO. GEORGII BAITERI.

Quum ante hos sex menses redemtores honestissimi a me petiissent, ut Spohnii editionem Panegyrici repetendam curarem, quippe quae a multis etiamnum desideraretur, eamque operam propter insignem utilitatem et voluptatem, quam ipse adolescens ex illa editione perceperam, haud invitus suscepissem: id primum officium mihi praestandum duxi, ut verba Graeca exhiberem quantum fieri posset emendatissima. Quod ut in Isocrate minus difficile sit, quam in ceteris scriptoribus antiquis, effecit *Immanuelis Bekkeri*, summi viri, accuratissima diligentia, cuius recensionem in plerisque sequetur quicunque et Graecae linguae indolem et Isocratis usum perspexerit. Itaque in illius editione praestantissima ita acquievi, ut tamen aliquoties, ubi vel nova mea subsidia meliorem lectionem praebuissent vel rationes linguae mutationem suasissent, ab illa recedere non dubitarem. Quae autem adiumenta, praeter optimum codicem Urbinatem, a Bekkero excussum, Panegyricum edenti mihi praesto erant, haec sunt:

Primum enim *Bremius*, vir praestantissimus, qua est in me eximia voluntate dudum mecum communicaverat lectiones Panegyrici e codice *Ambrosiano* (cuius accuratiorem descriptionem vide in notitia codicum) a nescio quo satis diligenter erutas. Quae quum Spohnio essent destinatae serius ad eum pervenerunt, quam ut ipse iis uti potuisset. Confirmat autem plerumque Ambrosianus lectionem Urbinatis cui multi adhuc ut interpolato fidem denegant, inter quos *Matthiae* in Grammatica; in aliis tamen consentit cum Vulgata; sed est etiam ubi solus veram servavit. Dignum igitur eum habui cuius integram varietatem in annotationibus indicarem, paucis tantummodo praetermissis quae orthographiam spectant saepiusque recurrunt. Scilicet in eo constanter scriptum est *πελοπόνησος*, et contrario errore *ὅμοῤῥος*; neque in prosodia ullius est auctoritatis et apostrophos paullo rariores habet Urbinate. Cum eodem codice quum tres alias orationes, *Ar-*

chidamum, *de Pace*, *Trapeziticam*, accuratissime contulisset vir doctissimus mihique peramicus, *Melchior Huldricus*, in usum *Bremii* orationes selectas Isocratis edituri, ab huius autem editione alienum fuisset, omnem varietatem exhibere, gratam viris doctis rem facturus mihi videbar, si quibus in locis Ambrosianus discrepet ab editione Bekkeri, hîc diligenter enotarem, addito nonnunquam meo de vera lectione iudicio.

Archidamus.

§. 2. *τις*] *τις ἄλλος* cum Laur. et Vulg.

5. *μεγάλαις — περιβάλοιμεν*] *μεγίσταις — περιβάλλοιμεν* cum Urb.

ἂν ὠφελήσαιμεν] *ὑμᾶς ὠφελήσομεν* cum Urb.

δόξομεν] *δόξαιμεν* cum Laur. et Vulg.

6. *παρεσκευασμένους*] *παρεσκευασμένος*. Illud quod debetur errori typothetae propagavit etiam Dindorfius.

εἴ τίς τι] *εἴ τε τι*

7. *τηλικούτων*] *τοσούτων* cum Urb.

12. *πείϑ. ἡμᾶς*] *πείϑ. ὑμᾶς* cum Corayo.

13. *δεῖν ἡμᾶς*] *δεῖν* cum Urb.

ἵν' αὐτοὶ] *ἵν' οὗτοι*

διδ. ἡμᾶς] *διδ. ὑμᾶς*

14. *κίνδ. ἡμῖν*] *κίνδ. ὑμῖν*

περιγενέσϑαι] *περιγίνεσϑαι*. Praesens utique videtur praeferendum.

15. *γενέσϑαι*] *γενήσεσϑαι*

17. *ἀφίκοντο εἰς Δελφούς*] *εἰς Δελφοὺς ἀφίκοντο*. Qui verborum ordo est recipiendus ut vitetur hiatus.

18. *κατὰ δόσιν*] *καταδουλωϑεῖσαν* cum Laur. et Vulg.

19. *δοριάλωτον*] *δορυάλωτον* cum Laur. Vid. ad Paneg. §. 177.

πλὴν ὑπὸ] *πλὴν* cum Laur. et Vulg.

20. *αὐτοὶ*] *αὐτοῖς*

24. *ὑπ. ἡμῖν*] *ὑπ. ὑμῖν*

ἀναγκαῖον] *ἀναγκαιότερον*

26. *ἦν*] *ἂν* cum Urb. quod receperunt Dindorfius et Bremius; eadem forma sine varietate legitur §. 72. 91. et alibi.

27. *κατέσχηκε*] *κατέσχε* cum Laur. et Vulg.

πλέον ἢ] *πλέον* cum Urb. Quibus auctoribus particula comparativa, mox repetita, est eiicienda, quam in eiusmodi constructione legitime abesse docuit Lobeckius, vir eruditissimus, ad Phrynichum p. 410 sq. De Pace §. 118. solus eam omisit Urbinas.

31. *ἡμετέραν*] *ὑμετέραν*

ἀμφοτέρων εἰς Δελφούς] *εἰς Δελφ. ἀμφοτέρων*

32. *διελϑεῖν*] *ἔτι διελϑεῖν* cum Laur. et Vulg.

34. *ἡμῖν*] *ὑμῖν*

35. *προὐργιαίτερον*] *προὐργ. τὸ συμφέρον* cum Laur. et Vulg.

καλοὺς] *καλούς τε* cum Laur. et Vulg.

38. *ἡμετέρων*] *ὑμετέρων* cum Corayo.

τυχὸν] *σχεδὸν* cum Urb.

39. *ἄξομεν*] *ἕξομεν* cum Laur. et Vulg.

40. *κατακεκλειμένων*] *καταδεεστέρων κεκλεισμένων*

42. *διεξιοίην*] *διεξέλϑοιμι* cum Laur. et Vulg.

43. *τὴν χώραν*] *τὴν πόλιν καὶ τὴν χωραν* cum Laur.

τῶν αὐτῶν] *τῆς αὐτῶν*. Quod malim.

47. *ἀπείποιμεν*] *ἀπείπωμεν*

τε] om.

51. *δέδοικα*] Hanc lectionem ab H. Wolfio divinatam, a ceteris editoribus receptam, unus servavit Ambrosianus.

κατάλυσιν] *διάλυσιν* cum Laur. et Vulg.

53. *αὐτὸν*] *αὐτῶν*

54. *μηδὲ πειρᾶσϑαι*] *μήτε δύνασϑαι μήτε πειρᾶσϑαι* cum Urb.

§. 55. ἀδηφαγούντων] ἀδδηφαγούντων cum Laur.
56. ἀνάνδρως] ἡττηθέντες ἀνάνδρως
πάντα] ἅπαντα cum Laur. et Vulg.
ἀνταρκέσειαν] Sic etiam Ambr. nisi quod praepositioni suprascriptum est ἐπ'.
58. ἥξειν] ἥξειν, supra scripto ξ
πολεμεῖν] πολεμεῖν ἡμῖν
59. καὶ μάχεσθαι] καὶ μέχρι θανάτου μάχεσθαι
60. πρώτους] προγόνους πρώτους
62. ἀλλ'] ἀλλ' οὖν cum Vulg. et Laur.
ἡμετέρας] ἑαυτῶν πᾶν
ἡμῖν] νῦν ἡμῖν cum Laur. et Vulg.
ἑαυταῖς] αὑταῖς. Quod mutato spiritu est recipiendum.
63. οὐσίαις προέχοντας] θυσίαις προσέχοντας cum Urb. Sed veram lect. habet in margine.
64. ἀποβέβηκεν] αὐτοῖς ἀποβέβηκεν cum Vulg. et Laur.
65. ὡμαλισμένοι] Sic etiam Ambr. Sed in marg. δεδαμασμένοι cum Vulg.
68. τῶν δεινῶν ἢ χαλεπῶν] δεινὸν ἢ χαλεπὸν cum Laur.
69. ἀλλ' ἐὰν] ἀλλὰ κἂν cum Vulg. et Laur.
71. τὴν πόλιν] ἡμῶν τὴν πόλιν cum Laur. et Vulg.
ἐλέγξομεν] ἐλέγξωμεν cum Vulg.
παρασχήσομεν] παράσχωμεν cum Laur. correcto.
72. ἡμῖν] ὑμῖν
73. ἐς] εἰς. Quod Isocrati est restituendum, a quo altera forma prorsus aliena est.
καὶ Ἰταλίαν] om.
πεπόνθασιν] πεπ. ὑφ' ἡμῶν cum Vulg. et Laur.
74. ἐχυρώτατον] ἐχυρότατον, suprascripto ὁ
75. βουλ. ἡμῶν] βουλ. ὑμῶν
76. ἄγειν] πρῶτον ἄγειν c. Laur. et Vulg.
78. διεσχ.] παρεσχ. cum Laur. et Vulg.
τῶν ὑπαρχόντων] τῆς τῶν ὑπαρχόντων κτήσεως cum Laur. et Vulg.
79. ἄλγιστον] ἀλγεινότατον c. Laur. et Vulg.
ἀνταρκεῖν] αὐταρκεῖν c. Laur. et Vulg.
80. παρατεταγμένους] παρατεταγμένους cum Laur. et Vulg.
οὐδὲν] οὐδὲ cum Laur. et Vulg.
καιροῖς] om. cum Laur. et Vulg.
83. τῶν Ἑλλ.] τῶν ἄλλων Ἑλλ. c. Laur. et Vulg.
ἀφέσθαι] ἀφεῖσθαι cum Urb.
84. Φωκαεῖς] φωκεῖς cum Laur.
Μασσαλίαν] μεσσαλίαν cum Urb.
85. ἀφορᾶν] εὐθὺς ἀφορᾶν. Satis aptum huic loco adverbium, quod male vulgo in superiori versu ante ἀφ' legebatur, a Bekkero autem, Urb. auctore, omissum est.
αὑτῶν] αὑτῶν οἰκείους c. Laur. et Vulg.
86. ἡμῖν] ἡμῖν ἐστὶ
περὶ] ὑπὲρ cum Urb. quod recte receperant Dindorfius et Bremius.
87. διατελοῦμεν] διατελέσομεν cum Vulg. et Laur.
89. ταῖς ἀτ.] πάσαις ἀτ. cum Vulg. et Laur.
94. ἡμᾶς] ὑμᾶς
95. περίστατος] ἀπερίστατος
98. ἀληθιναῖς ἀλλὰ πεπλασμέναις] ἀληθινῶς ἀλλὰ καταπεπλασμένως cum Urb.
99. Θυρέαις] θυρεαῖς
100. σφᾶς αὐτοὺς] αὐτοὺς cum Urb. Legendum αὑτούς.
105. ὑπολείψομεν] καταλείψομεν cum Urb. Quae lectio vera est. καταλείπειν enim est verbum proprium de maioribus qui posteris (τοῖς ἐπιγιγνομένοις) aliquid relinquunt, et usus est eo Isocrates in eadem formula etiam de Big. §. 34 nunquam vero altero.
106. προσέχουσι] προσέξουσι cum Vulg. et Laur.
109. ἧς] ἣν cum Urb. Recte. Nullus enim hic attractioni locus, quum sensus non sit: pro *ea* vita *quam* cet.
110. ὑμετέρους] ἡμετέρους. Male.
οὐκ ἂν] οὐδὲν ἂν cum Urbinate.


ACADEMIÆ HARVARDIANÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1638.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec^d Oct. 12.
1847.

κοντα Ἀθηναῖοι μυρίους οἰκήτορας εἰς αὐτὴν (Ἀμφίπολιν) ἐξέπεμψαν. ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ὑπὸ Θρᾳκῶν διαφθαρέντων περὶ Δράβησκον κ. τ. λ. Quid? quod Pausanias I. 29. eosdem viros, quos Herodotus apud *Datum* periisse narrat, duces eorum nominavit, qui ad *Drabescum* occiderint: ut in dubium vocari prorsus nequeat, et Herodotum et Thucydidem et Diodorum et Pausaniam et Isocratem unam eandemque calamitatem in animo habuisse. Constat autem, haud raro idem praelium ab aliis scriptoribus alio nomine esse appellatum: de qua re, si tanti est, conferatur Spohnius ad Paneg. §. 142.

§. 87. ἐν ἦν] ἐνῆν cum Vulg.

89. ἀλλὰ τὴν] τὴν om.

μᾶλλον τῶν ἄλλων] τῶν ἄλλων om. cum Urb. neque iis carere non possumus.

τὰς τυρανν..] τὰς om.

90. ἐν ἐνδείαις] ἐν om. cum Urb.

91. πόνοις καὶ κακοῖς] πόνοις κακοῖς

92. τῆς αὐτῶν] τῆς αὐτῆς

93. δεξαίμεθ' ἂν] δεξαίμεθα cum Urb. Vide quae diximus in edit. Brem. ad h. l.

ἁπάντων τῶν τοιούτων om. cum Urb.

95. διέφθειρεν] διέφθειραν

τὴν αὐτῆς] τὴν ἑαυτῆς

97. ἀπέσχοντο] ἀπέχοντο

98. συμβαλομένων] συμβαλλομένων cum Urb.

100. διῴκισαν] διῴκησαν

Ἀργείων] ἀργείαν

ἧτταν τὴν ἐν] ἧτταν ἐν cum Urb.

101. τοῖς ἐπὶ τῇ τελευτῇ γιγνομένοις] ἐπιγιγνομένοις cum Urb. Ex utraque lectione veram concinnavit Dindorfius: τοῖς ἐπιγιγνομένοις.

ἀληθέστερα om.

ἐκτῶντό τε] ἐκτῶντο γὰρ cum Urb.

102. ταύτης om.

106. καὶ πλείους] καὶ πλείστους cum Urb. Error natus e superiori versu.

108. ἠνάγκασεν] ἠνάγκαζεν cum Urb.

109. ἀμφότερα ταῦτ'] ἀμφότερα καὶ ταῦτ' cum Urb.

καρτερικοὺς] καρτεροὺς cum Urb.

116. τὼ πόλη τούτω] τὰ πόλη τούτω cum Urb.

117. ἀργυρεῖα] ἀργύρια

119. ἰδίων] ἰδιωτῶν cum Urb. quod sine dubitatione recipiendum erat. Opponuntur enim inter se, ut sequentia docent, singulorum civium et totius civitatis mores. Eodem modo supra §. 96. conferuntur τὸ κοινὸν et οἱ ἰδιῶται. Conf. Areopag. §. 72. mox αἱ πόλεις — οἱ ἰδιῶται. Conf. Philipp. §. 117. de Antid. §. 85.

121. οἷά περ] ὅπερ cum Urb.

122. ὃ] ἃ cum Urb.

125. εὐδαίμονας] εὐδαιμονεστέρους cum Urb. Comparativum probat Bernhardy Syntax p. 436.

126. ἀνήνεγκεν] ἀνήγαγεν cum Urb. Verbum ἀναφέρω de hac re usurpavit Isocrates in Philippo §. 146. et de Antid. §. 234. utroque loco nulla varietate lectionis. (Quod enim posteriori Bekkerus tamquam Mustoxydae lectionem indicavit ἀνήγαγε falsum est. Editio Must. habet ἀνήγαγκε errore typogr. correcto iam ab Ang. Maio). Conf. Andocid. de Pace §. 87. ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Ibid. §. 8. ἑπτακισχίλια τάλαντα νομίσματος εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνηνέγκαμεν. Sed etiam verbo ἀνάγειν de pecunia in arcem portanda usi sunt oratores Attici, ut Demosth. Olynth. III. §. 24. (p. 35.) et περὶ συντάξ. §. 26. (p. 174.) πλείω ἢ μύρια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον. Itaque hic receperim quod optimi codd. praebent.

129. ὑμᾶς] ἡμᾶς

131. αὐτοὶ om. cum Urb.

133. ποιώμεθα] ποιούμεθα

τούτων] τούτων ἐστὶν

134. ὥσπερ] περ cum Urb.

135. τρίτον δ'] τρίτον cum Urb. et Antidosi. Particula δὲ hic haud magis est necessaria quam

in orat. de Antid. §. 187. ubi sine varietate legitur: πρῶτον μὲν — ἔπειτα — τρίτον et in Panath. §. 30. πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι — τέταρτον.

§. 142. τὴν ἐν Λακεδαίμονι βασιλείαν] τὰς ἐν Λακεδαίμονι βασιλείας cum Urb. et Antidosi. Hoc recte receperunt Dindorfius et Bremius, vanaque est Bekkeri coniectura: „praestat fortasse τοὺς — βασιλέας." Abstractum enim positum est pro concreto, ut de Antid. §. 71. ἐπιτιμῶ ταῖς μοναρχίαις, ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων χεῖρον παιδεύονται τῶν ἰδιωτῶν. Similiter ad Nicocl. §. 8. dicitur νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις, i. e. τοῖς κρατοῦσι τοῦ πλήθους.

Trapezitica.

§. 1. τοῦ [μὴ] δοκεῖν] τοῦ δοκεῖν cum Urb.

2. ἐπὶ ταῖς τραπ.] ἐπὶ τραπ.
διαχειρίζουσι] δυσχυρίζουσι.

3. ἴσασιν οὕτως — διακείμενον] ἴσασιν. οὗτος — διακείμενος·

6. ἡγούμην — Σάτυρον om. cum ceteris.

7. προσομολογεῖν — προσέταττε καὶ om. cum Urb. et Dionysio.

9. νομίζων] ἐνόμιζεν cum Urb.
μὲ μετὰ] με om.

10. πρὸς om.

12. ἀφῆκεν] ἀφῆκέ με

14. οὐδ' ἐδεδοίκει] οὐδὲ δεδοίκει
διεγγυῶντος] κατεγγυῶντος cum Urb.

15. δὲ βασ.] δὲ δέκα βασ.
ἀπηντήσαμεν] ἀπήντησαν μὲν

16. ἤθελεν] ἔθελεν cum Urb.

17. ὅστις τὸν παῖδα] ὅστις παῖδα

19. ὑμεῖς om.
ἀπαλλαγῆς] καταλλαγῆς cum Urb.

20. διαλλαγῶμεν] ἀπαλλαγῶμεν

21. Πασίων om.
εἴ τι] ἐπὶ cum Urb.

22. αὐτὸν] αὐτὰ

23. πείσας τοὺς] πείσας τοῦ Μενεξένου τοὺς cum Vulg.
ἐγεγένητο] ἐγένετο cum Urb. quod praeferendum videtur. Nam ἐγεγένητο male respondet praecedenti οὐκ ἔφθη.
πρὸς ἔμ' αὐτῷ] πρὸς ἐμαυτῷ cum Urb.

25. τὴν συνθ. τῷ ξένῳ] τῷ ξένῳ τὴν συνθ.

27. καταθήκης] παρακαταθήκης cum marg. Urb. quod de hac re proprium est verbum itaque hic quoque Isocrati erat restituendum, qui eo usus est in hac oratione §. 13. 18. 45. 50. 53. 56. ad Demon. §. 22. Paneg. §. 188. adv. Euthyn. §. 16. Epist. IV. §. 12. altero nunquam.

28. δὲ κελεύσαθ'] δ' ἐκελεύσασθ'

29. ὅς] ὅσ' cum Urb.

30. ἐπειδὴ δὲ] ἐπεὶ δὲ. Vide quae annotavimus ad Trapez. §. 27. in edit. Brem.

31. Ἀγύῤῥιον] ἀργύριον. Sic etiam §. 32.

32. ἐξελέγξειν] ἐξελέγχειν cum Vulg.

33. ἐπιχειρήσει] ἐπιχειρήσοι
τοιαῦτα ἤδη] τοιαῦτ' ἤδη
ὑδρίας] ὑδρείας

34. χορηγῶν] πονηρῶν cum Urb.

35. Ἤδη] εἰ

36. οὖν om.

37. ἢ om. cum Urb.
καὶ ὡμολόγησεν] καὶ ᾧ καὶ ὡμολόγησεν

38. ἐπελαμβάνετο] ἀπελαμβάνετο

41. δὲ Πασίωνος] Πασίωνος δ'. Falso in Bekkeri editione hic ordo verborum tribuitur Vulgatae; videtur esse Urbinatis.

42. δ' ἐμοῦ] δέ μου cum Vulg.
διέθεσαν] ἔθεσαν cum Urb.
τελευτῶντες δ'] τὸ μὲν πρῶτον cum Urb.

43. ἀπεστερεῖτο] ἐπεστερεῖτο

44. ἐγένετο] κατέστη cum Urb.

45. ἐμοὶ — ὃν] ἐμὲ — ὄντα

46. εὐθύς μοι] εὐθὺς ἐμοὶ cum Urb.

47. πάντων τῶν ἐν] πάντων ἐν cum Urb.

48. ἄξιόν ἐστιν] ἄξιον
ἐπιχειρεῖ] ἐπεχείρει cum Urb.

50. ἔχοιμεν] ἔχομεν cum Urb.

51. ἐκεῖσε ἔλεγεν] ἐκεῖσ' ἔλεγεν
πέμψειε] εἰσπέμψ

52. δὲ σφόδρ' ἐνόμιζεν ἀδικεῖσθαί με] Sic solus Ambrosianus.

§. 53. ἀποστερεῖ] ἀποστερεῖν
γ' αὐτῶν] γ' αὐτῷ
54. γεγενημένων] παραγενομένων cum Urb.
56. ὡς] Sic unus Ambrosianus: ceteri ὅς.
57. ἀπέρχεσθε] ἀπέρχεσθαι
58. ποιήσαισθε] Optativum unus Ambrosianus servavit: ceteri soloece ποιήσεσθε. Conf. ad Paneg. §. 182.

Secundum subsidium, ne hoc quidem spernendum, erant *Copiae Victorianae* i. e. lectionis varietas a P. Victorio in exemplari suo editionis Aldinae margini (utrum ex uno an e pluribus codicibus, haud mihi constat; hoc tamen probabilius) annotata: quam ipse quondam, quum Monachii versabar, ubi duce *Thierschio*, viro multis mihi nominibus laudando, bonis literis operam darem, exscripsi. Earum lectionum aliae cum Urbinate et Ambrosiano conspirant, quem consensum in annotationibus indicavi; aliae vero et ab his codd. et a ceteris omnibus differunt; quas et ipsas, ne quid earum neglexisse perhiberer, et in Panegyricum et in ceteras Isocratis orationes hîc supponendas curavi.

Panegyricus.

§. 5. ἔπειθ'] εἶτα
μεμνῆσθαι περὶ τούτων] μεμνῆσθαι τούτων
ἴδη] εἴδη
8. πειρατέον om.
9. προγεγενημέναι] προσγεγενημέναι (lineolis subductis quod improbationis signum videtur.)
11. διορῶντας] δὴ ὁρῶντας
12. οὐ om.
15. εὐθὺς om.
22. πολλὰς τὰς] πολλὰς ἂν τὰς
23. ἀπολείψομεν] αὐτοὺς ἀπολειφθῆναι καὶ ἐλάττους δόξαι ἐξελέγξομεν
ἔτι μᾶλλον] μᾶλλον ἔτι
24. ἐθνῶν om.
25. καλέσαι] καλεῖσθαι
27. αἰτίαν] αἴτιον
προαιρεῖσθαι] προειρῆσθαι
30. πιστὰ] ἄπιστα
32. αὐτοὺς] αὐτοῖς
36. τὴν οἴκοι χώραν κατέλιπον] τὴν χώραν κατέλιπον οἴκαδε
40. περὶ τῶν φον.] περὶ om.
42. ἑκάστων] ἕκαστον
ὅπου] οὔπω. in marg. adnotatum ὅπου οἶμαι βέλτιον γράφεσθαι.
εἰσαγαγέσθαι] εἰσάγεσθαι
ἐν παρ'] τῶν
44. συνόδους] συνδόσεις
45. εἴ τι] εἴ τίσ (sic)
περιειλῆφθαι] περιελείφθη
46. λαμβάνει] συμβαίνει
49. ἀμαθεῖς] ἀγαθοὺς
51. περὶ om.
τοῖς τοιούτοις] τούτοις
52. ἄλλων] Ἑλλήνων
53. οὕτως] ὄντως lineolis subductis.
54. παῖδες om.
55. ἀνελέσθαι] παρελέσθαι
57. ἧττους — μείζω] Haec omnia om.
59. ὅσων ἐδεήθη] ὅσν (sic) ἐδεδείχεισαν
βιάσασθαι] βεβιᾶσθαι
64. ὅτε] οἵ τότε
66. ὀλίγῳ] μικρῷ
68. ἐπῆρχον] ἦρχον
ἁπασῶν] ἁπάντων
69. δὲ] γὰρ
70. μὲν Ἀμ.] μὲν οὖν Ἀμ.
ἐν τῷ om.
71. τοιαῦθ'] ταῦθ'
ἐκ τοι.] ἐκ τῶν τοι.
73. ὀλίγῳ] ὀλίγον
74. χαλεπὸν] χαλεπώτατον
75. ἐπιγιγνομένους] ἐπιγενομένους
76. καταλείψειν] καταλιπεῖν
78. οὕτω τοὺς] τοὺς om.

ὁμονοήσουσιν] ὁμονοοῦσιν
§. 82. τὰς — ἀρετὰς] haec duo vv. om.
86. ὅσην περ] ὥσπερ
87. σφόδρ'] σφοδρῶς
πρὶν om.
91. περιγιγνομένην] περιγενομένην
92. φυγεῖν] φεύγειν
93. γεγενημένων] γενομένων
εἰσβάλλειν] εἰσβαλεῖν
γεγενημένοι] γενόμενοι
94. λαβεῖν] λαμβάνειν
95. διαφεύγειν] διαφυγεῖν
96. ἐτόλμησαν] γρ. (i. e. γραπτέον, non: γράφεται) ἔτλησαν ut 164 (i. e. Ald. Antid.) et apud Arist. l. 3. ῥητ. 319.
100. ἤδη om.
101. οὐδὲν] μηδὲν
104. πολιτείας] οὐδὲ πολιτείας
ὁμόν. κοιν. ὠφέλειαν] ὠφ. κοιν. ὁμόνοιαν
ὅλων] πάντων
105. μετοικεῖν] κατοικεῖν
106. ἔχοντες] ἔχοντας
107. ἐξεπέμπομεν] ἐπέμπομεν
108. κατεστήσαντο] κατέστησαν
111. διεξῆλθον] διῆλθον
112. ὑμῶν] ἡμᾶς
113. καὶ τῶν] καὶ περὶ τῶν
114. ἂν ἰάσασθαι] ἀνιᾶσθαι
117. διέθεμεν] διατεθήκαμεν
119. ἐπέδειξαν] ἀπέδειξαν
ἀπέβησαν] ἐπέβησαν
125. ῥώμῃ] δυνάμει
ἐξέβαλλον] ἐξέβαλον
127. ἄτοπον] ἄλογον
δουλεύειν] δουλεύσειν
130. πείθειν] ποιεῖν
131. ὅλης om.
132. τύχην] μάχην
137. ὃ] ἃ
ἔσται] ὢν
ἔχοιμ' ἂν] ἔχοιμεν ἂν
141. ὑπὲρ] πρὸ
διατέτριφεν] διέτριψεν
ἐκπολιορκηθῆναι] πολιορκηθῆναι
143. οὐδεὶς ἂν ἔχοι τοῦτ' εἰπεῖν] οὐκ ἄν ἔχοι τις τοῦτο ποιεῖν
145. ἐπεδείχθησαν] ὑπεδείχθησαν
147. συνταράξων] συνταραξάντων lineolis subductis.
149. πρεσβευόντων] ἐλθόντων
μάχας] χώρας
150. μετέχειν] μετασχεῖν
πεπαιδευμένος] παιδευόμενος
152. ἤθεσι] ἔθνεσι
153. καταλαβοῦσιν] μεταλαβοῦσιν
στρατευσαμένους] διαστρατεύσαντας
156. ἐπηράσαντο] ἐπειράθησαν
καταστῆσαι] κινῆσαι
157. ὅσοις] ὅσοι
158. καὶ Περσικοῖς om.
πυνθάνεσθαι] καταμαθεῖν
161. Κιλικίᾳ] λυκίᾳ lineolis subductis.
163. ὁρμωμένοις] ὁρμημένοις
165. καταστάντες] καταστήσαντες
φθῆναι] φθάσαι
Ἰωνίαν] αἰολίαν
166. διαβιβάσωμεν] διαβιβασώμεθα
βασιλείας] ἀρχῆς
168. πάθη] πάλιν
ἀλλήλων] τῶν ἄλλων
171. μικροῖς] σεμνοῖς
τηλικούτων] τούτων τῶν
173. δεῖ δὲ] δεῖ δὴ
ἐπιχειρεῖν] συνεπιχειρεῖν
174. πρὸς τὸν] εἰς τὸν
175. τυχοῦσαι] τυγχάνουσαι
οὐ χρὴ διαλύειν] χρὴ διαμένειν
176. ποιοῦμεν] ποιοῦσιν
ἔχωσι] ἔχουσι
177. ταύτην om.
εἴτ' ἐδόκει] εἴτε δοκεῖ
178. ἀπένειμαν] ἀπενείμαντο
179. δηλώσειν] δηλῶσαι
180. ἱερῶν] ἱεροῖς
Ἑλλάδος] ἐλπίδος
182. τιμωρίαν] σωτηρίαν lineolis subductis.
183. ταύτας τὰς] τὰς αὐτῶν
184. χρωμένους] χρῆσθαι δυναμένους
οὐ - περιβεβλημένοις] Haec omnia om.
ἅμα δὲ] ἄλλα lineolis subductis.
185. αὐταῖς] ἐνταῦθα
ἐπιθυμησόντων] ἐπιθυμούντων
186. καὶ μνήμην om.
καταλείψειν] καταλιπεῖν
ἀριστεύσαντας] ἀριστεύοντας
187. δὲ om.
διενοήθην] διενοούμην

§. 188. τὴν ἅμιλλαν om.
μεγάλων] μεγίστων

Ad Demonicum.

§. 31. ποιοῦντες μὲν] Inter haec duo verba interseri Victorius volebat εὖ. Eandem emendationem proposuerat Budaeus, quem secuti sunt Wolfius et alii; perperam: id quod apparet e loco simillimo Euripidis, apud Lycurg. adv. Leocr. §. 100.

Ad Nicoclem.

§. 5. ὑφ'] ἐφ'
11. περὶ cum Bekkero.
12. δυναμένης] μάλιστα δυναμένης
14. φρονιμωτέροις] φρονίμοις
17. ἐπιτηδευμάτων] ἐπιταγμάτων
ὀρθῶς cum Bekk.
18. ἀκινήτως cum Bekk.
21. πολιτικῶν] ἰδίων
δαπανῶντας] δαπανωμένους ἀπὸ τῶν ἰδίων cum margine Urbinatis.
22. ἀφικνουμένων] ἀφικνούντων
25. καλῶν cum Bekk.
29. αὐταῖς] ἀκοαῖς
47. εὐχομένους] εὐωχουμένους linea subducta.
50. κρίνειν cum Bekk.
51. ὄντες cum Bekk.

Nicocles.

§. 14. διωρίσθαι] διορίζεσθαι

Busiris.

§. 22. κατέδειξαν cum Bekk.
23. ἀστρολογίᾳ cum Bekk.

Philippus.

§. 3. μὲν ἡμᾶς ἔχειν cum Bekk.
4. μηδὲ] μήτε
ὅπερ cum Bekk.
6. ἡμῖν] ἡμῖν τε
χεῤῥονήσῳ γεωργοῦντας] χεῤῥονήσῳ κατοικοῦντάς τε καὶ γεωργοῦντας
7. ἤλπισαν] ἔγνωσαν
13. μεγάλην] μᾶλλον linea subducta.
23. τοσοῦτον μετ.] τοσοῦτον κατ.
25. ἐργολαβίαν] ἐργολαβείαν
28. θεωρήσειας] θεωρήσαις cum Corayo. Sed vide Excursum nostrum in edit. Brem. p. 204.
τυγχάνομεν cum Bekk.
32. γὰρ ἑκάστῃ cum Bekk.
34. οὐδὲ] οὐδὲ ἂν cum Cor.
35. ἄξια καὶ σαυτοῦ] ἄξιον σεαυτοῦ τε lineis subductis.
36. μηδὲν — ὠφελεῖν] μηδὲν ἧττον σεαυτῷ ἢ ἐκείναις συμφέρειν
43. διοικίσαι voluit etiam Victorius.
ἐκείνων] παρ' ἐκείνων linéa subducta.
47. οὐ κατὰ] οὐ καὶ κατὰ cum Cor. quae lectio genuina videtur. Nunquam enim in hac formula non duplici καὶ usus est Isocrates. Vid. infra §. 63. Archid. §. 53. 74. de Pace §. 68. Euag. §. 7. 54. Panath. §. 158.
53. ἔφθασαν] ἔφθησαν. Vid. ad Paneg. §. 86.
54. ἐκείνους cum Bekk.
63. τῶν Ἑλλήνων cum Bekk.
ὑπισχνεῖτο cum Bekk.
65. ἀλόγως] καὶ ἀλόγως
68. χρῶο] χρῶ
69. βουλεύῃ] βουλεύσησθε
70. εἰσηγούμενος cum Bekk.
ἔχῃ — πυνθάνωνται — δεδίωσι] ἔχει — πυνθάνονται — δεδίασι
73. ἐπιβουλεύεις] ἐπιβουλεύοις
77. ἑαυτοῦ cum Bekk.
78. σαυτῷ] σοι
81. δυναμένην] δεδυνημένην
85. ὅ τι — συμφέρῃ] ὅτι ἄν θ' ὑπεστί μοι καὶ συμφέρει cum Cor.
97. στρατείας] στρατιᾶς
98. ἑτέρους] ἕτερον
102. συμφόρως] συμμάχως lineolis subductis.
103. γε] τε
105. κατὰ πόλεμον] κατὰ τὸν πόλεμον
108. διάγοντα] διαγαγόντα cum Cor.
110. ἐξ αὐτῶν] ἐκλεξάμενος (cum Cor.) lineolis subductis.
112. τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ] τῆς αρετης τῆς αὐτοῦ. Quod solum recte se habet. Constanter enim Isocrates hanc servat regulam, *ut articulus ante genitivos reflexivorum, ubi*

possessivam vim habent, repetatur, ante genitivos pronominum personalium et αὐτοῦ cet. omittatur.
§. 115. ῥᾷον] ῥᾴδιον (cum Urb.) linea subducta.
122. ὁρίσαι] ὀχυρῶσαι
138. καὶ] καὶ τὰ
139. συναχθεῖσαν] συνταχθεῖσαν cum Cor.
145. καίτοι cum Bekk.
παρὰ add. cum Bekk.
κτησαμένους (cum Bekk.) linea subducta.
152. ἐπιθυμήσῃς] ἐπιθυμήσεις

His denique accedebat codex Scaphusianus, chartaceus, sec. XV. a Graeca manu eleganter scriptus, cuius usum, intercedentibus *Orellio* et *Henrico Meiero* meo, debeo insigni humanitati *C. E. Chr. Bachii*, Gymnasii Scaph. Directoris meritissimi. Continet ille liber has duodecim orationes hoc ordine: 1. Ad Demonicum. 2. Ad Nicoclem. 3. Nicocles. 4. Panegyricus. 5. Helenae encomium. 6. Euagoras. 7. Busiris. 8. Adv. Sophistas. 9. Plataicus. 10. Areopagiticus. 11. Philippus. 12. De Pace. Sed quum plerumque consentiat cum deterioribus libris, neque in annotatione ad Panegyricum nisi raro, ubi originem depravationis ostendebat, eius mentio facienda erat, neque hîc eius varietatem indicandam putavi nisi ex una oratione ad Demonicum, in qua scilicet est optimae notae et aliquot locis ipsi Urbinati anteponendus.

§. 1. ὁ πᾶς] ἅπας
3. ἄλλους om.
4. ἐπιχειροῦσιν] ἐπιχειροῦσι ποιεῖν. Infinitivo carere nullo modo possumus.
6. ἀνήλωσεν] ἀνάλωσεν cum Vulg.
ἔβλαψε] ἐλυμήνατο cum marg. Urb. Quae genuina lectio videtur et ἔβλαψε glossema. „Verbum λυμαίνεσθαι de quacunque iniuria, foeditate, noxa, pervulgatum est. Suidas λυμαίνων· φθείρων, βλάπτων." Lennep ad Phalar. p. 47. a.
8. δύνασθαι om.
9. σοι om.
ὑπέμενεν] ὑφίστατο cum Urb. et Dind.
10. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ. Scrib. αὑτοῦ.
τῷ γένει] Articulus abest, recte; sic in Aeginet. §. 33. legimus γένει προσήκειν.
11. ὃ] ὃν cum Urbinate.
γενόμενον] γινόμενον. Idem voluisse videtur librarius Urbinatis in quo est τινόμενον.
12. ἡγοῦ] ἡγοῦμαι
ἀδύνατον] οὐ δυνατόν. Sic legendum; nam idem voluit etiam Urbinas, a quo tamen negatio male abest.
13. νόμοις] ὅρκοις cum Urb.
14. συμφέροντα om. cum Urb.
λήγοις] λήγεις
15. ταῦτα om.
16. γε om. cum Urb. et Dind.
18. διαφύλαττε] ταῦτα διαφύλαττε cum Urb. et Dind.
19. κτημάτων] χρημάτων cum Urb.
τὰς om.
21. λυπηροῖς] πονηροῖς cum Urb. Quod verum videtur, alterum glossema. Mutetur tamen accentus, iubente Lobeckio ad Phryn. p. 389.
24. πρότερον] προτέροις
δεόμενός του] δεόμενος τὸ cum ceteris libris.
περιμένῃς] προσμένῃς cum Urb. et Dind.
26. τοῖς φίλοις om.
29. βελτίω] βέλτιστα

τοὺς κακοὺς] τοὺς om.

§. 30. σεμνὸς] σεμνός τε καὶ ὑπερ-οπτικὸς

31. φιλόνικος] φιλόνεικος cum Vulg.

περὶ — περὶ] παρὰ — παρὰ cum Urb.

32. διαμαρτόντα τῶν εὐθυνούντων] διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων cum Vulg.

33. ὧν — τούτων] In margine legitur ὃν τούτω, cum Vulg.

34. ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος] Articulus recte omissus est.

35. ὑπὲρ σεαυτοῦ] ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ

βουλεύεσθαι παροξυνθείης] παροξυνθείης βουλεύεσθαι

36. τὸν ἐκείνων] τὸν ἐκείνου

37. ἂν om.

οἷά περ] οἷα cum Urb.

38. ὀρέγεσθαι] ἄγαν ὀρέγεσθαι

ταύτης] τούτου cum Urb. et Dind.

43. καλῆς δόξης] καλῆς τῆς δόξης

ἡ φύσις om. cum Urb.

47. ἐλυπήθημεν] ἐλυπήθησαν cum Urb.

δι' αὐτὰ τὰ] διὰ τὰ cum Urb.

48. φάσκοντας] φήσαντας cum Urb.

51. δεῖ] δὴ hic et §. 52. Unde nata videtur vulg. χρή.

52. ἐπικρατήσειεν] κρατήσειεν

Liceat iam hac praefandi opportunitate uti vel, si mavis, abuti ad alia quaedam notanda, quae a Bekkero melius quam factum est videntur constitui potuisse. Qua in re haud magis quam in superioribus id secutus sum, ut aliquid de huius viri laudibus detraherem (quem, tot antiquitatis reliquiis tam praeclare editis, in singulis praeteriisse quaedam quis nisi iniquus iudex miretur?), sed ut et ipse pro virili parte ad emendandum scriptorem limatissimum contribuerem quantulumcunque possem.

In verbis Nicoclis §. 60. *οἷά περ παρόντος ἐμοῦ λέγετε, τοιαῦτα καὶ περὶ ἀπόντος φρονεῖτε* nullus accentus cadere potest in pronomen personale, sed in ea verba quae sibi opponuntur *παρόντος — ἀπόντος, λέγετε — φρονεῖτε.* Scribendum igitur erat cum Urbinate *μου.*

In Philippica §. 1. *οὐ δι' ἄνοιαν οὐδὲ διαψευσθεὶς τῆς ἀῤῥωστίας.* Pro *ἄνοιαν* legendum esse *ἄγνοιαν* viderat iam Wolfius, cuius coniecturam firmavit Urbinas. Genitivus *τῆς ἀῤῥ.* referendus et ad *διαψευσθείς* et ad *ἄγνοιαν,* similiterque iunguntur *ἀγνοεῖν* et *διεψεῦσθαι* Antid. §. 171. *Dementiae* autem notio huic loco parum apta. — Ibid. §. 10. pro *ξυμφέρουσαν* e cod. Urbinate recipiendum erat *συμφέρουσαν,* quod e coniectura verissima dederat iam Coray. Nam vocabula cum *σὺν* composita nunquam apud Isocratem *ξ* habent pro *σ.* Obiter autem moneo, quod satis mirum est, ***Isocratem ipsa praepositione ΣΥΝ prorsus abstinuisse,*** praeter unum locum ad Demon. §. 16. *τέρψις σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον.* —

In eadem orat. §. 61. *τότε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς γενέσθαι τῶν παρόντων κακῶν.* Urbinas habet *γίγνεσθαι.* Scribendum sine dubio *γεγενῆσθαι,* ut de Pace §. 101.

ubi eadem verba leguntur. — Ibid. §. 88. partim ex Urbinate, partim ex Epistola nona (§. 14) legendum videtur: ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους μὴ πρότερον ἐκφέρειν πρὸς βασιλέα τὸν πόλεμον, πρὶν ἂν διαλλάξῃ τις τοὺς Ἕλληνας. — Ibid. §. 147. τὴν δ᾽ αὐτὴν γνώμην. Restituenda est Isocrati lectio Urbinatis τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην, quae legitima sedes est particulae δὲ cum hoc pronomine iunctae. Eadem verba eodem quo hic ordine iterum occurrunt in Panath. §. 29. et similiter τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον Paneg. §. 80. de Big. §. 1. conf. Antid. §. 106. Trapez. §. 49. οὐ τὴν αὐτὴν δὲ τυγχάνω γνώμην ἔχων Paneg. §. 187. conf. Cypr. §. 42. Panath. §. 260. —

In Archidamo §. 66. Bekkerus pro ὡς τετμῆσθαι legendum censet ὥστε τετμῆσθαι, quod tantopere probo, ut in textum receptum velim; quamvis hanc et alias quasdam Bekkeri coniecturas mira audacia sordes appellaverit *Spengelius* in praefat. ad Συναγωγὴν Τεχνῶν p. XVII. ubi ipse, vir ceteroquin doctissimus et ingeniosus, horrendam sane et inauditam Isocratis verbis crisin adhibuit. Simili mendo Isocrates liberandus est paullo ante §. 62. ubi pro ὡς περὶ legendum ὥσπερ περί. Hoc enim flagitat praecedens ὁμοίως, quod quidem ὡς sequebatur etiam §. 92. sed ibi ex Urbinate περ restitutum est. Saepissime autem ante praepositiones περὶ et ὑπὲρ vocula περ a librariis est omissa. Et ipsa particula ὥστε pro ὡς restituenda videtur etiam in Dinarchi orat. c. Demosth. §. 32. οὕτω κατέστρεψεν ἡ τύχη ταῦτα ὡς τἀναντία γίνεσθαι τοῖς προσδοκωμένοις. Legendum ὥστ᾽ ἐναντία.

In Encomio Helenae §. 14. legitur τῶν εὖ λέγειν τι βουληθέντων. Pro εὖ λέγειν Bekkerus in Addendis proposuit εὐλογεῖν, quod cave ne ab eo accipias. Saepius quidem haec verba a librariis inter se permutata sunt, ut in Panath. §. 38. Euag. §. 11. Sed quod inter utrumque obtinet discrimen h. l. de immutatione cogitare nos vetat. Est enim εὐλογεῖν *laudibus efferre*, quod si hic voluisset Isocrates, addidisset, opinor, τινὰ vel τινάς, (ut in Busir. §. 4. τοὺς εὐλογεῖν τινὰς βουλομένους) non τι. Contra εὖ λέγειν est *bene* (i. e. ad leges artis) *dicere*, ut in Cypr. §. 1. τοὺς εὖ λέγειν ἐπιθυμοῦντας. De Antid. §. 47. τῶν τὰς δίκας εὖ λεγόντων, et alibi. Quae significatio nostro loco optime convenit.

Panath. §. 21. in verbis τῆς ψευδολογίας τῆς περὶ ἐμὲ γιγνομένης pronomini non maior vis inest quam sequente versu τοῦ μὴ δύνασθαί με τυχεῖν. Nec tamen ausus est Bekkerus recipere quod praebebatur ab Urbinate περί με,

deterritus scilicet vulgari grammaticorum regula, ὅτι αἱ προθέσεις ὀρθοτονοῦσι τὰς ἀντωνυμίας. Cui optimorum codd. auctoritas non erat posthabenda neque hîc neque §. 22. de Antid. §. 4. 31. 163. 165. multoque minus Isocrati obtrudi debebant monstra illa περὶ μοῦ Antid. §. 6. et περὶ 'μοῦ ibid. §. 32. 195. Monosyllabam enim formam ὀρθοτονεῖσθαι non posse constat, et elisioni post περὶ nullus est locus, quae praepositio saepissime et apud Isocratem et apud poëtas praecedit vocalem. — Ibid. §. 68. οὐκ ἐκ τούτων ἔφερον ἐξ ὧν αὐτοὶ διέσωσαν. Bekkerus ad h. l. maluit ἐξ abesse. Sed errorem retractavit in Addendis, exemplis similis repetitionis allatis, quibus ex Isocrate haec addi possunt: οὐκ ἐκ τούτων δίκαιόν ἐστι σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν, ἐξ ὧν μεθ' ἑκατέρων γέγονε Paneg. §. 140. γνοίη δ' ἄν τις κἀκεῖθεν — ἐξ ὧν αὐτοὶ διατιθέμεθα πρὸς ἕκαστον αὐτῶν Hel. §. 55. — Ibid. §. 72. libri omnes habent: Μεσσήνη Νέστορα παρέσχε τὸν φρονιμώτατον ἁπάντων τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων, pro quo Bekkerus dedit γενόμενον. Causam perspicere frustra conatus sum. Conf. de Pace §. 43. ἀπολελείμμεθα τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων. — Ibid. §. 80. male vulgatam lectionem Μενέλεω retinuit Bekkerus, quum meliorem praebeat Urbinas Μενελάου. Hanc enim declinationem omnes Isocratis libri tuentur in hac voce, Μενελάου infra §. 89. et Hel. §. 51. Μενελάῳ Hel. §. 62. Μενέλαον supra §. 72. similiterque Ἀγησίλαος Paneg. §. 144. Philip. §. 86. Epist. IX. §. 11. Ἀγησιλάου Paneg. §. 153. Ἀγησίλαον Philip. §. 62. — Ibid. §. 99. τὴν ἡμετέραν πόλιν οὐδεὶς ἂν οὐδ' εἰπεῖν τολμήσειε — ὡς τοιοῦτον ἐν τοῖς συμμάχοις τι διαπραξαμένη ἦν. Turpissimus hiatus qui est inter duo postremo vocabula, neque Isocrati debetur, neque etiam librariis, sed dumtaxat editoribus. Urbinas enim habet διαπραξαμένην, ceteri libri manu scripti διαπεπραγμένην, unde Coray primus fabricavit διαπεπραγμένη ἦν, quem recepto aoristo secutus est Bekkerus. Uterque offensus esse videtur constructione, quum non putarent verbis dicendi iungi posse accusativum cum participio, addita particula ὡς. Quod etsi rarissimum esse libenter confitear, tamen alibi quoque ab Isocrate factum deprehendimus: λέγω δ' οὐχ ὡς δυνησόμενον ἁπάσας σε μιμήσασθαι τὰς Ἡρακλέους πράξεις Philipp. §. 114. et alia quaedam exempla leguntur apud Matthiaeum Gr. p. 1124. — Ibid. §. 171. οὐχ ὁμοίως ἔγνωσαν. Ad haec Bekkerus annotavit „fortasse legendum ὅμοια.“ Minime vero. Ingratus exsisteret hiatus, et in adverbio non est, quo offendaris. Conf. Philip. §. 40. οὐχ ὁμοίως ἔγνωκα

περὶ αὐτῶν. De Pace §. 8. πράττειν ὡς ἐγνώκασι. Antid. §. 32. οὕτω γιγνώσκοντες, et sic passim.

Orationem de Antidosi paullo negligentius tractavit Bekkerus, nulla ratione habita neque codicis Laurentiani, neque eorum quae ab *Angelo Maio* ex ipso cod. Ambrosiano post Mustoxyden correcta sunt, neque illorum, quae emendavit *Orellius* noster. Statim ab initio §. 6. pro ἔχειν τέχνην codd. Ambr. et Laur. habent ἔχειν φαίη τέχνην, Cor. ἔχειν τέχνην φαίη. Nullam varietatem annotavit Bekkerus, ut utrum incuria quadam an ex Urb. auctoritate omissum sit verbum nescias. — §. 36. οὐδ' εἰ ταῦτ' ἔχων περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν οὐδ' οὕτω κ. τ. λ. Quis hic participio locus sit equidem videre non possum; recte Orellius retinuit quod ante Mustoxyden edebatur ἔχω. — §. 48. συνίσασι γὰρ τοῖς μὲν — ἐμπείροις — γεγενημένοις. A Mustoxyde e codd. Ambr. et Laur. editum esse accusativum τοὺς μὲν — ἐμπείρους — γεγενημένους, quo ducere videtur etiam scriptura ἐμπείρους in Urbinate, indicare noluit Bekkerus: quamquam accusativus propter ea quae sequuntur, τοὺς δ' — εἰληφότας, καὶ τοὺς μὲν — ὄντας — τοὺς δ' — τυγχάνοντας praeferendus videtur. Ceterum σύνοιδα utraque ratione construitur ab Isocrate: συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν αὑτῶν χώραν Archid. §. 83. σύνοιδα τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι Areop. §. 50. συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους — ἀναστάτους γεγενημένους de Pace §. 4. συνίσασι τοὺς πρὸ αὐτῶν τετυραννευκότας τοὺς μὲν — ἀνῃρημένους ibid. 113. Duae constructiones in unum conflatae sunt infra §. 120. συνίσασι γὰρ αὐτῷ — εἰς τὰς ἐσχάτας ἐνδείας καθιστάμενον. — §. 115. Τιμόθεος οὔτε — ἔχων — οὔτ' — κατατετριμμένος, ἀλλ' ὁ — πολιτευόμενος. Articulus ὁ ferri nequit. Legendum ἀλλὰ cum Laur. et Orellio. Similiter ὁ abiiciendum videtur in Busir. §. 34. εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις ἦν φανερὸς ὁ ταῦτα πράξας, probandaque Bekkeri emendatio in Callim. §. 53. — §. 116. ὡς διὰ τούτων διαπραξάμενοί τι τῶν δεόντων. Sic libri omnes, neque quisquam adhuc in his verbis offendit, quod sane mirum. Sensus enim manifesto debet esse is: *opinantes, vos per hos aliquid recti perfecturos.* Itaque scribendum διαπραξόμενοι. — §. 169. χρήσωμαι Bekkerus restituit ex Urb. lectione χρήσομαι, ceteris tribuens χρήσιμον. At χρήσομαι e Laur. dedit iam Orellius. — §. 178. ὠφελεῖ. Bekkerus annotavit: „libri ὠφελεῖν." At indicativum praebuit Laurentianus ediditque Orellius. — §. 181. διττάς. Bekkerus: „libri δὲ τάς." διττὰς habent et Laur. et Orellius. — §. 191. ταῖς δ' ἐμπειρίαις καὶ ταῖς ἐπιμελείαις

προσέχοντας. Displicet verbum προσέχω et propter contextum et quoniam ex Isocratis solenni usu addendum erat τὸν νοῦν, qui accusativus quum *quinquagies* ferme adsit, *semel* omissus est, in Panath. §. 139. Legendum igitur προέχοντας, ut iam voluerat Orellius in Addendis. De cuius emendationis veritate non dubitabis, ubi contuleris haec: τοῖς καὶ τῇ φύσει καὶ ταῖς ἐπιμελείαις διενεγκοῦσι supra §. 185. προέχετε καὶ διαφέρετε τῶν ἄλλων οὐ ταῖς περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμελείαις infra §. 293. τῶν καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἐμπειρίαις προεχόντων §. 200. et inprimis: ἣν καὶ τὴν φύσιν καταδεεστέραν ἔχωσιν ἀλλ' οὖν ταῖς γ' ἐμπειρίαις πολὺ τῶν ἄλλων προέχουσι Cypr. §. 18. — §. 192. οὔτε παρομοίαν οὔτε παραπλησίαν ἔχει τούτοις τὴν δύναμιν. Haec verba rationem declarant praecedentium περὶ τῆς παιδείας οὐκ ἔχω τοιοῦτον λόγον εἰπεῖν. Itaque male omittitur particula causalis, quae restituenda est cum Laurent. et Orellio legendo γὰρ ὁμοίαν. Adiectivum παρόμοιος ab Isocrate alienum est. — §. 195. ἀκμάζων καὶ πανόμενος αὐτῆς. Bekkerus: „fortasse legendum ἀκμῆς." Minime. Vide ad Paneg. §. 134. — §. 200. προεχόντων. Bekkerus indicavit lectionem Mustoxydis προσεχόντων, apud quem merus est error typogr. correctus a Maio. — §. 247. ἐνίοτε μὲν ὡς ἐξηπατημένων καὶ πεφενακισμένων προσποιοῦνται καταγελᾶν αὐτῶν, ὁπόταν δὲ τύχωσι μεταβαλόντες ὥσπερ πλεονεκτεῖν δυναμένων τοὺς λόγους ποιοῦνται. Pro ὥσπερ cod. Laur. praebuit ὡσπερεὶ, unde unice veram lectionem restituit Orellius: ὡς περὶ. — §. 259. διάκεισθε. Bekkerus: „legendum διακέησθε." Quod necessarium non videtur. Vid. Buttmann Gr. vol. I. p. 566. et in Addendis p. 430. — §. 308. τοὺς διαφέροντας καὶ προσέχοντας μὴ μόνον ταῖς εὐγενείαις κ. τ. λ. Verbum προσέχειν h. l. minime aptum nititur dumtaxat errore typogr. editionis Mustox. Cod. Ambros. enim, teste A. Maio, habet προέχοντας, quod praeferrem etiamsi alterum in Urbinate esse certo scirem: cuius ne minima quidem auctoritas est in his praepositionibus, ut apparet e varietate lectionis ad Paneg. §. 90. 164. 165. Philipp. §. 122. Archid. §. 63. Panath. §. 237. Antid. §. 1. Epist. III. §. 5. προέχοντας e coniectura dedit Orellius. Similiter προέχειν et διαφέρειν iunguntur supra §. 293.

De Big. §. 21. pro οὐδέποτε cod. Urbinas obtulit οὐδεπώποτε, quod grato animo accipi debebat. Conf. enim quae leguntur in Archidamo §. 111. οὐδεπώποθ' οἱ πολέμιοι τρόπαιον ἡμῶν ἔστησαν ἡγουμένου βασιλέως ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἡμετέρας.

Epist. IV. §. 7. editum est a Bekkero πολλὰ χρήσιμος, quum cod. Urb. praebeat περὶ πολλὰ χρήσιμος, quod Isocrati restituendum est. Sic enim etiam in Nicocle §. 51. legimus: ὅσοι ὑμῶν περὶ πλεῖστα τῶν ἐμῶν χρησίμους αὑτοὺς παράσχωσιν.

Epist. VI. §. 6. pro ἡγοῦμαι συμβουλεύειν legendum est ἡγοῦμαι δὲ συμβουλεύειν cum Urbinate; quod neminem negaturum esse confido, ubi mutata interpunctione totum locum hîc apposuero: ἀλλὰ γὰρ οὔτε πρότερον οὐδεπώποτ᾽ ἐφιλοτιμήθην ἐπὶ τούτοις, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑτέροις μᾶλλον ἃ τοὺς πολλοὺς διαλέληθεν, οὔτε νῦν ἔχων ταύτην τὴν διάνοιαν ἐπραγματευσάμην, ἀλλ᾽ ὑμᾶς μὲν ὁρῶν ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις πράγμασιν ὄντας, αὐτὸς δ᾽ ἀποφήνασθαι βουλόμενος ἣν ἔχω γνώμην περὶ αὐτῶν. ἡγοῦμαι δὲ κ. τ. λ.

Epist VIII. §. 10. μὴ θαυμάσητε. Libri habent θαυμάζητε, quod corrigendum erat in θαυμάζετε, ut ex auctoritate Urbinatis factum est in Epist. VI. §. 9.

Alia quaedam, in quibus a Bekkeri editione et ab huius repetitione Dindorfiana discedendum esse puto, hîc praetermisi, ne taedium lectoribus moverem. Sed unum Isocratis locum quin adhuc tangerem a me impetrare non potui, fore sperans ut si coniectura mea assensum virorum doctorum non ferat, saltem veram loci interpretationem ab alio quodam edocear. Quotiescunque enim legens Isocratis orationem ad Philippum incidebam in illa verba (§. 57.): τί λοιπὸν ἔσται τοῖς ἀντιλέγουσιν ὡς οὐ θᾶττον κ. τ. λ. toties vanam argumentationem et Isocrate prorsus indignam continere mihi videbantur. Scriptor multis exemplis vult probare, facile Philippum Graecorum civitates inter se conciliaturum. Nam si, inquit, declaratum fuerit, etiam alios quosdam veterum non pulchrioribus quidem aut sanctioribus rebus operam navasse quam sunt eae, quarum nos tibi auctores sumus, sed maiora tamen et difficiliora perfecisse: *quid reliquum erit iis qui obiiciunt, te non celerius haec quam illos difficiliora confecturum esse?* Talem obiectationem si exspectasset Isocrates, eam ne sexcentis quidem alienorum facinorum exemplis refellere potuisset. Haec enim obiicientibus semper reliquum erat dicere: „Tu quidem ostendisti, alios res perfecisse difficillimas; at inde non sequitur, Philippum quoque talia perfecturum.“ Immo Isocrates et credidisse et dixisse putandus est, *neminem fore qui non, ubi demonstratum fuerit alios iam difficiliora perpetrasse, Philippum conciliationem Graecorum multo celerius quam illos graviora perfecturum arbitretur.* Atque hic sensus nostro loco restitui potest una litera mutata, si totam enunciationem sic ex-

hibemus: ἣν γὰρ φανῶσιν ἕτεροί τινες τῶν προγεγενημένων μὴ καλλίοσι μὲν μηδ᾽ ὁσιωτέροις ὧν ἡμεῖς συμβεβουλεύκαμεν ἐπιχειρήσαντες, μείζω δὲ καὶ δυσκολώτερα τούτων ἐπιτελέσαντες, τί λοιπὸν ἔσται τοῖς ἀντιλέγουσι; πῶς οὐ θᾶττον σὺ τὰ ῥᾴω πράξεις ἢ 'κεῖνοι τὰ χαλεπώτερα; Sunt autem οἱ ἀντιλέγοντες ii qui conciliationem Graecorum rem perdifficilem arbitrantur. Solet enim verbum ἀντιλέγειν sic absolute poni de aliter sentientibus. Confer inprimis locum simillimum in Paneg. §. 67. καίτοι τί λοιπὸν ἔσται τοῖς ἀντιλέγουσιν κ. τ. λ. Satis probabilem reddunt nostram emendationem ea quae infra leguntur §. 67. ubi Isocrates declaratis iam iis quae alii viri egregie fecerant argumentationis summam breviter repetiit his verbis: ὅπου δ᾽ Ἀλκιβιάδης μὲν φυγὰς ὤν, Κόνων δὲ δεδυστυχηκώς, Διονύσιος δ᾽ οὐκ ἔνδοξος ὤν, Κῦρος δ᾽ οὕτως οἰκτρᾶς αὐτῷ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως ὑπαρξάσης, εἰς τοσοῦτον προῆλθον καὶ τηλικαῦτα διεπράξαντο, πῶς οὐ σέ γε χρὴ προσδοκᾶν, τὸν ἐκ τοιούτων μὲν γεγονότα, Μακεδονίας δὲ βασιλεύοντα, τοσούτων δὲ κύριον ὄντα, ῥᾳδίως τὰ προειρημένα συστήσειν;

Sed redeo iam ad Panegyricum. Verbis graecis mutatis annotationes criticas Mori et Spohnii plerasque omittendas fuisse per se patet. Eas vero quae vel grammaticam vel historiam spectabant vel difficiliorum locorum interpretationem continebant, omnes repetii, nisi quae manifesto errore laborabant. Addidi aliorum quoque editorum animadversiones selectas, auctoris quamque nomine insignitas, et meas. Praeterea notitiam codicum et editionum usque ad haec tempora deduxi, multis omissis quae in priori editione adfuerant neque viris doctis amplius neque tironibus utilia. Accessit etiam Vita Isocratis primum ab Andr. Mustoxyde e duobus codd. Laurentianis edita in Anecdotis Graecis. Indices denique dedi correctos et auctos.

Spohnii praefationem quum totam supponere non attineret, postrema tamen eius verba ex animo repetii: „Mea autem si respicio, opto, ut ne ea viris improbentur, qui in his literis habitant, inprimis *Immanueli Bekkero*, qui iam dudum in scriptis oratorum Atticorum perpoliendis et emendandis versatur.“

Scrib. Turici Helvetorum Kal. Mart. a. MDCCCXXXI.

S. F. N. MORI
PRAEFATIO
EDITIONIS PRIMAE. *)

Si Graecorum oratorum praestantissimum a me tractatum dicam, ea videar Isocratis commendatione uti, quae et praecipitis iudicii, et vani amoris reprehensionem mereatur: sed si praestantissimam eius particulam explicatam arbitrer, nihil profecto sentiam, quod non dudum doctissimis hominibus placuerit: adeo una et consentiens omnium opinio Panegyrico principem orationum Isocraticarum locum attribuit, ut turpe sit, suam sententiam a reliquorum iudicio separare. Itaque non solum principatum ei concedam; sed, adiuncta honori utilitatis laude, veluti basin totius Isocratis esse profitear. Sive enim reliquae eius orationes posteriores Panegyrico sint; esse autem fere omnes, vix dubitari potest; sive antea quasdam ediderit, tantam tamen habent cum Panegyrico similitudinem, ut, si quis recens ab huius lectione ad caeteras accesserit, et quid, et quomodo dicturus sit Isocrates, saepenumero divinare possit.

Neque vero hoc temporis causa dixi, sed quia plane probo. Saepe miratus sum, eum, in quo fuerit tanta inveniendi felicitas, tanta porro eloquendi facultas, tantum ordinis studium, tanta divinarum humanarumque rerum scientia, tanta quotidie praecipiendi exercitatio, eum ergo incredibili similitudine scribendi non satis opulenti oratoris suspicionem movisse. Igitur, inquis, cum sententiarum ordo eum ad maiorum laudes deduxit, ubique Salamis et Marathon dicentur? Est ita. Cum dignitatem patriae collaudat, nihil nisi aborigines, legum, frugum, philosophiae inventionem praedicabit? Debes vero hoc ferre. Ubi ergo amorem patriae aliquando commovere conatus est, venturum me cum eo ad Artemisium et Thermopy-

*) Secunda prodiit a. 1786. tertia, curata a C. C. Wendlero, a. 1804. quarta, seu Spohnii prima, a. 1817.

las praesentisco. Certe venies, atque etiam de incensa desertaque patria audies. At exordia varietate placebunt. Adi vero, et delectare: noli tamen mirari, si in multis aliquid querelarum et vituperationis reperias. Sed si abstergam huius similitudinis taedium, si et alia concedam, quae, quoniam ex reliquis coniectura capi potest, non magis variata vereor, si eadem de imperio Graeciae, odio erga Persas, iniuriis Spartanorum, intestinis dissensionibus relegenda sunt: tamen multiplex dicendi genus, diversa orationis structura, argumentorum varia conclusio, alternans vehementia et lenitas, numeri permutatio, formae transeundi divitias oratoris ante oculos ponent, et aliam ex alia admirandi occasionem largientur. Nolumus tibi hanc spem praescindere; illud tamen significandum est, omnia esse ad eumdem modum concinna: nisi quod concinnitatis affectatio, qualem Dionysius Halicarnasseus reprehendit, parcius usurpata est: multa simili sono terminata, saepius eadem ratione continuatum sententiae ambitum. Vehementem non fuisse, ubique senties: ad summum interrogat, si quando accuset, irascatur, doleat. Cum argumenta concludit, legem velut similitudinis sibi dixisse videtur. Ita ergo Panegyrici interpretationem commentatione aliarum orationum absolvi intelligis.

Ne tamen reliquas negligas, aut me putes Panegyrici mei laude ceteris detractum velle, accipe, quae excusatio parata sit. Ac nos quidem ex ea re hoc lucrum cepimus, ut, Panegyrici interpretatione laboriosa defuncti, ceterarum lectione celeriore recreari possemus, tractataque semel historiae Graecae ea parte, quam continet Panegyricus, alibi facili negotio et tempora, et loca, et res, et homines agnosceremus, ut mores Isocratis et ingenium, semper sui simile, plane perspiceremus, et, quid ad imitandum utile esset, disceremus. Sed malumus de Isocrate ipso dicere. Primum igitur, cum in simili re saepenumero versaretur, an orationis similitudinem omnino vitare potuit? Nempe volunt, qui talia perite iudicant, ad persuasionem illustrissima argumenta eligi. Sed nihil habuit res Atheniensis nobilius iis, quae in Panegyrico collecta sunt: proinde frequentem laudatorem Athenarum oportuit in his frequenter haerere. Cui si quis sic occurrat, ut eamdem rem saepe ab eodem tractandam neget, ne, quod ab homine vix caveri potest, suus ipse sit imitator, et domi suae nihil novi deprehendat: cum eo non magnopere pugnabimus; illud tamen relinquitur, singulis locis suum consilium esse. Interdum de industria tractat, interdum obiter: huc retulit, ut laudaret; illuc, ut vituperaret: nunc iis argumentis hortatur, quibus olim

docuerat. Ad quam consilii diversitatem si variatas narrationum partes, clarius alibi, alibi obscurius demonstratam argumentorum vim, cum annis crescentem gravitatem et fiduciam, approbationem et excusationem eorum, quae fuerant olim dicta, et senilem acti temporis laudationem, diversitatem hominum et civitatum, quibus scriptae sunt orationes, si haec, inquam, adiungamus, nonne quisque locus sua quaedam et singularia commoda habeat? Quamquam enim in scribendo novitas sententiarum praeclari ingenii significationem continet: tamen, cum in tanta ingeniorum librorumque multitudine paucis hoc contigerit, quis servum appellet imitatorem, si quis ab aliis aut a se ipso dicta repetat, si alio modo, hoc est, nove dicat, vel, quod Isocratem fecisse demonstravimus, accommodate ad cuiusque loci consilium? Relinquit ergo lectoribus, quae, cum non omnibus locis communia sint, singularem observandi operam mereantur, ideoque varietate aliqua delectent. Caeterum si ab eo, quod inter multa similia optimum est, et studiosissime elaboratum, ordiendum censeamus, et Panegyricum, qui caeterarum orationum intellectum pandit, primo loco ac saepe legendum putemus, nemo hoc iudicium aut a vero abhorrens, aut cupidum esse statuet.

Quae si una esset utilitas, magna tamen videri deberet: sed haud paullo maior coniuncta est, quod rem tractat, ab omnibus non dicam oratoribus, sed historicis tentatam, qui quidem ingenii laudem tulerint. Herodotus [a]) et Xenophon [b]) Atheniensibus imperium maris iisdem argumentis vindicarunt, quibus in Panegyrico Isocrates. Thucydides [c]) Athenas reliquis urbibus eodem modo, quo Isocrates, praetulit. Lysias eius orationis, quae caeses in acie laudavit, imitatorem nactus est Isocratem. [d]) Lycurgus ad eumdem modum, quem Isocrates usurparat, amorem patriae virtutemque maiorum commendavit. Nec argumenta tantum, sed ipsas sententias singulares, dicendi formas, ac verba adeo simili modo expressa esse constat. Non ergo, qui Panegyrici formam, sententias, verba, narrationes, diligenter cognoverit, ad aliorum similes locos paratus accedet, et, victis interpretandi quaerendique difficultatibus, versabitur in imitatione iudicanda, in quo lectionis magna pars et insigne praesidium inest? Quid Aristidem dicam, qui, pluribus seculis recentior, cum a cunctis sciret Isocratem tra-

a) Lib. IX. c. 27.
b) Hellen. VII. 1.
c) Lib. II. c. 35 sqq.
d) Vid. Taylorus ad Lysiam p. 27. Lection. Lysiac. c. 2. Marklandus in Coniecturis p. 435.

ctari et probari, tamen omnia e Panegyrico in Panathenaicum suum transtulit, et ea fere optime dixit, quae ad superiorum, in his Isocratis, similitudinem informarat? Cuius quidem cum Isocrate comparatio praecipuum hunc fructum adferet, ut adfectatae orationis et ineptae saepius imitationis vitia clare cernamus. Quidquid enim priores graviter docuerant, id Aristides non nisi polivit ornavitque: quidquid illi vere auxerant, id hic, dum interdum pueriliter effert, mendacio simile reddidit: quidquid illi, bona causa freti, se narraturos esse ostenderant, id hic aeque longa prolusione commendavit, ac tractatione explicavit, et, ne dubitarent lectores, magna se legisse, cum tractavit, denuo praedicare ausus est.

Itaque de hac oratione eorum causa edenda, qui cognitis graecae linguae initiis ad maiores scriptores accederent, iam ante plures annos cogitavi, omnemque operam huc contuli, ut, quae recordarer mihi tali tempore impedita fuisse, explicarem, aut quae usu aliquo observassem utilia ad plurium locorum intellectum, illustrarem. Sed varia, ut fit, consilio huic obiecta sunt. In primis differendi studium dicam, an necessitatem, confirmavit verecundia, honesta illa in homine huius aetatis et ingenii, quae se numquam audet viris doctis sine aliqua cunctatione praebere. Cum enim, quater absoluta Panegyrici interpretatione, quam amicis gratam fuisse laetor, animadversum mihi esset, quo saepius orationem tractassem, eo minus eam ubique intelligi, eoque plus difficultatum enasci: dubitavi, rem aut recte susceptam a me, aut accurate effectam esse. Sed quod vel aequa reprehensione a futuris erroribus caveri mihi posse, vel humana laude incendi studium meum exploratum habebam, superavi omnem cunctationem. Animadversionum autem mearum ratio et consilium hoc est. Cum indicatis fontibus, e quibus narratio rerum uberior hauriri posset, studiosos arbitrarer et fontium tractandorum rationem, et necessitatem oratorum ex historia explicandorum cognituros esse, in hoc animadversionum genere fui diligentior. Si nimius interdum videar, hoc velim cogitent lectores, non doctis hominibus a me scriptum esse; quorum eruditioni, quod saepe dicendum est, nec aetas mea, nec ingenium ullo modo prodesse potest; sed iis, qui non omnia perspecta haberent. Multo parcius adspersi grammaticas interpretationes, et de verbis universas disputationes: primum quod Isocraticum dicendi genus expeditum est, deinde quod sine multo labore in commentariis virorum doctorum, quibus illustrati sunt scriptores graeci, quaeri possunt, quae in hunc usum saepissime dicta, repetita, correcta, aucta sunt: praesertim cum haec colligere facilius sit

studiosis, quam ex integris Herodoti, Thucydidis, Xenophontis ac Diodori Siculi libris necessaria, saepe illa satis minuta, huc referre, hoc est, historicos aliquoties legere, et fortasse nihilo minus quaedam praetermittere, quorum ignoratio omni consilio legendi et interpretandi noceat. Spero tamen, si quid in uno et altero verbo haereant, eos in indice reperturos esse, quid hoc potissimum loco quodque verbum significet, aut quomodo latine dici possit: in quo fateor, me sensum potius locorum, quem contextus definit, quam verborum significatus in lexicis obvios expressisse, neque fere nisi obscuriora posuisse, aut ea saltem, quae latinae formae demonstrandae occasionem praeberent. Simul effectum puto, ut nemo latinam versionem vel Wolfii vel Battiei magnopere desideret. Praeterea, si studiosos adiuvare vellem, comparatione editionum supersedere non potui, quarum indicem praefationi subieci.

Scr. Lipsiae a. 1766.

N O T I T I A

PRAESTANTIORUM CODICUM ET EDITIONUM

ISOCRATIS.

I. *Codicum Isocrateorum* duas familias distinxit Bekkerus, quae cum aliis rebus inter se differunt, tum Antidosi aut integra aut mutila. Ex hoc genere unus nominandus est antiquissimus

Cod. Vaticanus 65. (*Λ*) membranaceus, forma quadrata, foliis 304 versuum vicenorum binorum. *ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη παρὰ θεοδώρου ὑπάτου καὶ βασιλικοῦ νοταρίου γραφεῖσα οἰκείᾳ χειρὶ μηνὶ ἀπριλλίῳ . . . ἔτ. ϛφοα.* (i. e. 6571 = 1063 p. Chr.) Continet viginti orationes omissa prima, teste Bekkero. Omnes i. e. viginti unam inesse affirmat Coray, cui credendum videtur, quum ex ipsa oratione ad Demonicum varias lectiones attulerit. In margine leguntur scholia pauca et exigui momenti, tum ab eadem manu scripta tum a seriori. Epistolae desunt. Hoc codice, ex Italia in bibliothecam Parisiensem Imperialem translato, postea suae sedi restituto, primum usus est Coray, qui eum totum excussit; praesto erat etiam Bekkero, qui Callimacheam et Nicianam cum eo contulit.

Alterius generis adhuc innotuerunt quattuor; quorum praestantissimus est

Cod. Urbinas (*Γ*) „membranaceus, forma quadrata, foliis 420, paginis versuum 24 et sub finem 26, a duabus scriptus manibus, quarum prima ad folium 326 r. pertinet, margine a pluribus corrigentium variasque lectiones apponentium oppleta. neque iis se finibus continuit correctorum temeritas, sed textum quoque adorta effecit ut multis locis, quid ab initio scriptum fuerit, dignosci non possit. nocuit etiam mador, quo factum est ut subinde folia foliis adhaerescerent. insunt orationes 19, desunt Callimachea et Niciana.“ Haec Bekkerus, qui nihil de aetate codicis annotavit. In fine Busiridis subscribitur: *βούσειρις* ***ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔ***. *ἐλικώνιος ἅμα τοῖς ἑταίροις*

θεοδώρου καὶ εὐσταθίου. Insunt etiam epistolae. Hunc codicem totum excussit Bekkerus, eumque editioni suae quasi fundamentum subiecit.

Cod. Vaticanus 936. (Δ) „bombycinus, forma et ipse quadrata, foliis 234, quorum 184 — 222. Themistio data sunt. Themistium excipiunt Isocratis epistolae. communem huius cum Urbinate originem arguit communis in extrema Antidosi lacuna, desunt et quae Urbinati desunt, et de Bigis oratio." Cum hoc Bekkerus contulit Euagoram, Helenam, Sophistas, Antidosin.

Cod. Laurentianus (Θ) „foliis 145 Aristotelem habet De Mundo, Isocratis orationes undecim (Hel. Euag. Bus. Paneg. Areop. Plat. Archid. Soph. Phil. Panath. Antid.), Polemonis de Callimacho et Cynaegiro declamationes, Theophrasti characteres primos." Cum hoc Bekkerus contulit dumtaxat Archidamum; ex Antidosi varias lectiones indicaverat Mustoxydes, cui scriptus videtur seculo XII. In Archidamo parvi momenti est, multo maioris in Antidosi, ubi interdum solus veram Isocratis manum servavit.

Cod. Ambrosianus, bombycinus, saeculi XIV. ut videtur Mustoxydi. Fuerat Michaëlis Sophiani; Mediolanum adductus est ex insula Chio a. 1606. Perhibebatur continere Panathenaicum ceteris auctiorem (vid. Colomesius Opusc. p. 36 sqq.), quod tamen negant et Mustoxydes et Angelus Maius. Error natus videtur e permutatione duarum orationum, Panathenaici et Antidoseos. Quot orationes contineat nemo quod sciam declaravit. Epistolas habet octo, hoc ordine: 1. ad Dionysium. 2. ad Archidamum. 3. ad Iasonis liberos. 4. ad Timotheum. (Inter hanc et sequentem codd. Γ et Δ inserunt secundam ad Philippum). 5. ad Philippum (prima). 6. ad Alexandrum. 7. ad Antipatrum. 8. ad Mytilenaeorum magistratus. Ex hoc codice primum integra edita est Antidosis, praeter quam hucusque cum eo collatae sunt quattuor orationes. Vide praefationem nostram. Necessitas eum totum excutiendi ne Urbinate quidem sublata est.

II. *Editio Mediolanensis*. 1493. fol. curante Demetrio Chalcondyla. Praemissa est vita Isocratis e Plutarcho, Philostrato, Dionysio Halicarnasseo. Epistolae non insunt. Paucissimi operarum errores irrepserunt.

Editio Aldina, Venetiis 1513. fol. Ad calcem Alcidamantis, Gorgiae et Aristidis quaedam edita sunt. Epistolas non habet. Plura animadvertimus vitia. A Mediolanensi sic discrepat quibusdam locis, ut non potuerit ex eodem fonte provenire.

Editio Wolfiana, Basil. 1570. fol. Hieronymus Wolfius, omnium optime de Isocrate meritus, hanc ei operam impendit. Iam a. 1548. Basileae apud Oporinum ediderat latinam versionem Isocratis, eo orationum ordine servato, qui in Mediolanensi et Aldina etiamnum occurrit, adiecta tamen epistolarum versione, castigationibus et commentario: de qua versionis editione ipse dixit in praefationibus, t. 1. p. 685. Postea sic correxit versionem, ut nova videri possit: quod ipse ibidem fatetur, p. 686. Atque haec emendata versio una cum textu graeco primum edita est 1551, ut e praefatione, Lutetiae Parisiorum scripta, apparet, t. 1. p. 694, mutato ordine orationum ad argumenti similitudinem, adiectisque epistolis. Differt autem haec versio, quae iam versatur in omnium manibus, sic a priore, ut vere a Wolfio nova dici potuerit. Ut autem commentario permulta insunt, quae abesse poterant a tali editione, ita castigationes utilissimae sunt. Titulus huius editionis, saepius omissis commentariis repetitae, hic est: *Ἰσοκράτους ἅπαντα. Isocratis scripta Graeco-Latina, postremo recognita, annotationibus novis et eruditis illustrata, castigationibusque necessariis expolita, H. Wolfio Octingensi interprete et auctore. Additi sunt rerum et verborum locupletissimi indices. Basil. ex Offic. Oporin.*

Editio Henrici Stephani, 1593. fol. orationes et epistolas (IX.) complectens, quae non ubique recensionem Wolfii sequuta est, saepe Ald. lectionem servavit, quaedam singularia habet. Praeter versionem Wolfii insunt Stephani diatribae septem in Isocratem, Aristidis Panathenaicus et in Romam oratio, Gorgias de raptu Helenae.

Editio Cantabrigiensis a *Guil. Battie* 1729. 8. curata. Comprehendit septem orationes Isocratis et epistolas IX., versionem novam editoris, paucas eiusdem, sed ad historiam utiles, paucas item Wolfii notas, varias lectiones codd. Oxonn. Aldinae et Stephanianae. Idem ille vir doctus alio volumine caeteras quatuordecim orationes Isocratis eodem modo edidit Londini apud I. Whiston.

Editio Parisina, quae prodiit a. 1782, tribus voluminibus, 8. Editor, Athanasius Auger, e regione textus Graeci versionem latinam exprimendam curavit. Ad lectionem constituendam propria praesidia habuit codicum bibliothecae regiae, sed negligentissime iis usus est.

Post hanc editionem prodiit Isocrates cura *Guilielmi Langii*, ita inscriptus: *Isocratis opera quae exstant omnia, ad optimorum exemplorum fidem emendavit, varietate lectionis, animadversionibus criticis, summario et indice instruxit Wilhelmus Lange. Halis* 1803.

Post Langium multo rectius officio editoris et interpretis functus est Coray, cui praeter Wolfium primae tribuendae sunt: Ἑλληνικῆς βιβλιοθήκης τόμ. πρῶτος καὶ δεύτερος, ita quoque inscripti: Ἰσοκράτους λόγοι καὶ ἐπιστολαί, μέρος πρῶτον καὶ δεύτερον, Paris. 1807. 8. Vol. I. textum, Vol. II. animadversiones continet.

Hanc secuta est editio *Immanuelis Bekkeri* (Oratores Attici ex recensione I. Bekkeri. Tomus secundus. Isocrates. Oxon. 1822. et Berol. 1823.) quae praecedentes omnes longe superat. Recensionem omnibus numeris absolutam dare potuisset Bekkerus, si cod. Urbinatem etiam pressius secutus esset, neque neglexisset codd. Vaticanum (*Δ*), et Laurentianum totos, in primisque Ambrosianum excutere; sic quoque talem ei debemus, qualis vix ulli scriptorum antiquorum contigit.

Bekkerum brevi excepit *Guilielmus Dindorfius*, qui illius editionem perpaucis sed egregie immutatis et annotatis ita repetiit, ut etiam typographicos nonnullos errores propagaret, sumptibus Teubneri, Lips. 1825.

Panegyricum postea seorsim ediderunt *G. Pinzgerus*, cum brevi annotatione critica. Lips. 1825. et *G. Dindorfius* cum Mori suisque annotatt. Lips. 1826. Praeter Mori animadversiones historicas in hac edit. insunt etiam quaedam *C. C. Wendleri*, sed eae Mori nomine insignitae, sedulo reiectis quaecunque a Spohnio ad Panegyricum annotata erant. Indices Mori ab eo correctos esse, id quod in praefatione affirmat, nos non vidimus.

Praeterea commemoranda est editio Antidoseos *Mustoxydea* Mediol. 1812. quum in hac oratione magna pars Panegyrici repetita sit. Textum dedit Mustoxydes e cod. Ambrosiano, adiectis variis lectionibus cod. Laurentiani. Propter multos qui insunt errores, typographicos aliosque, caute adhibenda est, nec nisi in auxilium vocatis correctionibus, quas ad calcem versionis Latinae Mediol. 1813. editae adiecit auctor Anonymus (*Angelus Maius*). Mustoxydis editionem repetendam curavit *Casp. Orellius*, additis egregiis animadversionibus et Excursu, Turici 1814.

Nuperrime denique prodierunt: *Isocratis Orationes Commentariis instructae ab Io. Henr. Bremi. Pars. I.* (cont. Paneg., Archid., de Pace, Trapezit.) *Gothae* 1831. in qua editione quae ipsum Bremium auctorem habent talia sunt, qualia a viro de bonis literis meritissimo exspectari poterant.

CONIECTURA

DE TEMPORE

QUO EDITUS VIDETUR PANEGYRICUS,

AUCTORE

S. F. N. MORO.

Locus classicus, e quo tempus huius orationis definiri debet, capite XXXIX. occurrit: *Βασιλεὺς στρατεύσας ἐπ᾽ Εὐαγόραν, — — οὐ δύναται περιγενέσθαι, ἀλλ᾽ ἤδη ἓξ ἔτη διατέτριφεν*, unde necessario sequitur, Panegyricum editum esse sexto aut septimo anno belli, ab Artaxerxe Mnemone cum Euagora gesti, et, si Diodorus Siculus audiatur, per decennium gesti: etsi eum in hoc numero vix audiendum esse, ad Panegyrici c. 39. monui. Initia belli dupliciter constituta reperi. Diodorus Siculus [a]), Calvisius [b]) et Dodwellus [c]) ad annum secundum Olympiadis XCVII. retulerunt, ut adeo editio Panegyrici in annum tertium aut quartum Olymp. XCVIII incidat. Chytraeus [d]), quanquam ipsius anni numeros non expressit, eo tamen loco inseruit mentionem huius belli, ut videatur Olympiadi XCVII. et XCVIII. attribuisse. Scaliger [e]), qui in versione Eusebiani Chronici ad Olymp. XCVIII. notatum repererat: *Euagoras in furorem versus, quum regnaret Cypri:* haec latina primum ex Eusebii graecis, ubi ἐξέστη (i. e. ἐξεχώρησε) scriptum est, recte corrigenda censuit, et de deditione insulae accepit, qua omni, praeter Salamina, *cesserat Euagoras:* deinde anno quarto Olymp. XCVIII. finem belli posuit, sequutus, ut videtur, eam rationem, quam sequendam esse ipse Isocrates suadet, ut ad c. 39. dixi. Nam si Diodori Siculi decennium esset verus numerus: efficeret aliquot annis antiquiorem Panegyricum, eumque anno quarto Olymp. XCVII.

a) L. 14. p. 716. ed. Wessel. Cf. Usserii Annales p. 136.
b) In Opere Chronol. p. 272.
c) Chronologia Xenophont. §. 20.
d) Chronologia Xenoph. p. 192.
e) Ad Euseb. Chron. an. 1630. p. 123.

aut primo Olymp. XCVIII. assignari iuberet: etiamsi tam exiguum discrimen in illa temporum vetustate eo minus attendi deberet, quo minus definiri plane potest, aliusque videtur tempus belli coepti, alius consilii initi et primae occultaeque molitionis notasse. Quum ergo plurium sententiae tamen satis propinqua rei gestae tempora indicent: non temere statuemus, Panegyricum vel Olympiade XCVII. vel XCVIII. scriptum esse. Saltem hoc, nisi chronologis, qui rem consulto tractarunt, nimium detrahere velimus, temporum rationi multo melius convenit, quam quod Fabricius [a]) et nuper doctissimus nobisque amicissimus Schirachius [b]) iudicarunt, innotuisse Panegyricum intra Olymp. XCII et XCVI.

Nihilo minus duo videntur sententiae nostrae opponi posse, quae si tollere nequeamus, veremur, ut de tempore Panegyrici aliquid constituere liceat. Nam primum, quae Isocrates cap. XXXV. de Olynthiis et Amynta narrat, ea Diodorus Siculus [c]) in rebus anni secundi Olymp. XCIX commemoravit, consentiente Dodwello [d]): quae Isocrates ibidem contra Phliasios iam facta dicit, ea idem Diodorus eodem loco et de eodem tempore, quo superiora, tradit: quanquam Dodwellus [e]), probante ad illum Diodori locum *Wesselingio*, post Olynthi expugnationem sub initia Olymp. C. Phliasios subactos putat. Similiter expugnatio Cadmeae recentior Panegyrico est [f]). Tum in Calvisiano opere chronologico, et illa Scaligeriana ἱστοριῶν συναγωγῇ, quae est in Thesauro temporum [g]), nihil eorum ante Olymp. XCIX. aut C. ponitur. Secunda difficultas haec est. Isocrates c. XXXIX. bellum Artaxerxis contra Aegyptios, iam finitum, notandis ducum nominibus et exitu sic describit, ut illud, de quo Diodorus [h]) accurate egit, intelligi debeat. Atqui hoc magno chronologorum consensu ex Diodori auctoritate finem habuit Olymp. CI. anno tertio. Et quis tandem haec expediat? Panegyricum sexto vel septimo anno belli, a Persis contra Euagoram gesti, prodiisse, hoc est, Olymp. XCVII. vel XCVIII., nihilo minus in eo tradi, quae in Olymp. XCIX., C. et CI. incidant. Nam ille locus Isocratis, quem classicum diximus, ita certus est et perspicuus, ut, si quis de vitio cogitet, ne reperiri quidem possit probabili coniectura, cur alicui

a) Bibl. Gr. Lib. II. c. 26.
b) Disput. de Isocrate. §. 7. p. 23.
c) L. XV. p. 17.
d) Chronol. Xenoph. §. 29.
e) Ibid. §. 31.
f) Vid. Dodwell. l. c. §. 29.
g) Pag. 324.
h) Lib. XV. p. 33.

in mentem venerit illud ἤδη ἓξ ἔτη ponere. Diodorum autem, consentientem fere chronologiae Xenophonteae, tamque studiosum in notandis numeris, et cum eo recentiores chronologos, negligentiae errorisque in omni illa serie numerorum arguere velle, temerarium fuerit. Relinquitur ergo, ut vel negemus, nobis de tota re constare: quae ut est saepe honesta excusatio, ita videri potest interdum occultare taedium quaerendi et cogitandi: vel Isocratem duobus locis interpolatum suspicemur. Id autem sic intelligendum est, ex c. XXXV. tollendam esse hanc particulam: *Καὶ τὴν Θηβαίων Καδμείαν κατέλαβον — — τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ*, ex c. XXXIX. totum hunc locum: *Οὐκ ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον — — τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν*. Nempe attentus ad historiam graecam lector haec Isocraticae narrationi addidit, quae sciret postea evenisse. Verum simul ac cogito, in loco de Olyntho *νῦν* et *πολεμοῦσι* tempore praesenti legi, et de Amynta *συμπράττουσι*, omnem hanc coniecturam repudio; saltem vehementer dubito: namque vivo Isocrate, vixit autem ultra haec tempora, nemo interpolare orationem ausus est: cur ergo, qui interpolavit, quum res iam gestae essent, non perfectum usurpavit? Certius mendum alterius loci de defectione Aegypti demonstrare possum. Ter igitur reperi Aegyptum ab Artaxerxe Mnemone descivisse. Primum Lacedaemoniis, a Conone bello petitis [a]), Nephereus, Aegypti rex, frumenta misit, quae est *ἀποστασία*, defectionis a rege Persiae professio. Secundo Acoris, rex Aegypti, Euagoram contra Persas iuvit, habuitque adiutorem Gaon, praefectum classis Persicae [b]). Iam hae quidem defectiones cum eo tempore Panegyrici, quod ab initio constituere conati sumus, conveniunt; sed nec Artaxerxes vel Nephereo bellum intulisse usquam traditur, vel Acoridi, (contra quem sine dubio ultionis studio, finito demum bello contra Euagoram, expeditionem paravit [c]), quanquam ipsum bellum serius cum Nectanebi gestum est), nec talis fuit eventus, potuitve esse, bello non gesto, qualis in loco Isocratico describitur. Igitur narratio oratoris a rei gestae veritate abhorret. Tertia Aegypti defectio plane sic narrata est a Diodoro [d]), quum quoad ducis Pharnabazi nomen, tum quoad eventum seu discessum Persarum ex Aegypto, ut ab Isocrate. Atqui hoc bellum, ut ante diximus, recentius est tempore Panegyrici: quapropter totum

a) Isocr. Paneg. c. 41. Diod. Sic. l. XIV. p. 703. ad quem locum Wesselingius nomen Hercynionis apud Iustinum VI. 2. VI. 6, 3. corruptum iudicat.
b) Diod. Sic. XV. p. 5. 6. 9. 10.
c) Diod. Sic. ibid. p. 23.
d) Lib. XV. p. 33.

hoc, quod agit de bello contra Nectanebin, ducibus Persicis et eventu, resecandum videtur a Panegyrico: ita enim relinquitur defectio vel Nepherei, vel Acoridis, illa antiquior Panegyrico, haec aequalis: esse vero utramque intelligendam, inde fit credibile quod apud Isocratem haec leguntur: *τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν*, hoc est, contra duos reges, diverso tempore imperium obtinentes. Accedit aliud, quod additamentum eiici iubet. Quomodo, si hic de bello contra Nectanebin ageretur, potuisset Isocrates scribere: *Μετὰ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας*, quum bellum Euagorae iam antea confectum fuerit? E contrario haec bene cohaerent, si *πρῶτον μὲν* ad alterutram priorum defectionum, vel utramque adeo referatur: ita enim *μετὰ ταῦτα* significat rem, quae profecto post illas defectiones accidit, id quod de Nephereo exploratum est, de Acoride hinc apparet, quod Euagoram in initiis belli et molitione adiuvit, ideoque ante ipsum bellum descivit a Persis. Atque sic Isocraticum *τί διαπέπρακται* magnum contemtum exprimit, quoniam expeditio Persarum contra defectores ne suscepta quidem est.

Si cui forte in mentem veniat opinari, bis potuisse Panegyricum ab ipso Isocrate edi, ac posteriori recensioni adiici, quae post priorem editionem facta essent: is diligenter cogitet, argui hoc modo Isocratem incredibilis negligentiae, qui, cum temporis spatia voluisset extendere, e priori editione *ἤδη ἓξ ἔτη* servarit, quasi non protulisset temporis fines, et res confuderit.

EXCERPTA

EX F. A. G. SPOHNII DISSERTATIONE

DE TEMPORE PANEGYRICI.

Demonstratum est a Moro ante Olympiadem XCVIII. Panegyricum edi non potuisse; patet hoc ex iis quae de Thibrone et Dercylida c. 40, Agesilao c. 41, Cytheris c. 33. (cfr. Xenoph. hist. Gr. IV. 8. Diodor. Sicul. XIV. 84.), Cyri expeditione c. 40, proelio ad Cnidum commisso c. 39. 43, Cononis obitu c. 41, pace Antalcidae c. 33. 34. 39. 47, et praeter alia de Euagorae bello cum Artaxerxe Mnemone narrantur. Quibus missis ad ea progrediar de quibus non convenit.

Aegypti defectio c. 39. commemorata Moro eadem esse visa est quam Diodorus l. XV. enarravit quamque sequutum est bellum gravissimum, in quo dux fuit Pharnabazus. Quod quum gestum sit Olympiadis CI. anno tertio, Panegyricum autem Ol. XCVIII. a. 4. editum esse putet, omnem hunc locum ut ab aliena manu insertum rescindendum censet. Atqui hoc bellum intelligi nequit. Solum Pharnabazi nomen nihil probat: illud autem bellum, quod Olympiadis CI. anno III. assignatur, quanquam plures annos parando belli apparatu insumserat Pharnabazus, per unius anni spatium ita gestum est ut Pharnabazus et Iphicrates ex Aegypto recederent. Navibus enim accesserunt, militibus expositis castellum oppugnarunt, et Nilo omnem regionem inundante ex Aegypto discesserunt: vide Diodorum XIV. 41 — 43. et Polyaen. III. 38. Isocrates vero c. 35. diserte dicit: *καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν; οὐκ ἐκεῖνος (ὁ βασιλεὺς) μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν Ἀβροκόμαν καὶ Τιθραύστην καὶ Φαρνάβαζον; οὗτοι δὲ τρία ἔτη μείναντες καὶ πλείω κακὰ παθόντες ἢ ποιήσαντες τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥστε* —. Sed praeterquam quod hoc bellum Isocrates per tres annos gestum esse innuit, illud autem intra unius anni spatium continetur, alia accedunt quae doceant de illo non esse cogitandum. Patet enim ex verbis, *καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης*

Αἰγύπτου, — μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας, defectionem Aegypti et sequutam expeditionem Artaxerxis priorem esse bello adversus Euagoram. Eadem serie Isocrates c. 43. *οὐκ Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε, Φοινίκη δὲ καὶ Συρία — ἀνάστατοι γεγόνασι, Τύρος δ' — ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται; Ἑκατόμνως δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε.* (postquam bellum inceperat Euagoras, clam eum adiuvit Hecatomnus: Diod. Sic. XV. 2.): unde elucet servato temporis ordine in priore loco Isocratem dixisse *καὶ πρῶτον μὲν — μετὰ δὲ ταῦτα*, et aliam expeditionem, quae triennium expleverit, non istam uno finitam anno, in mente habuisse. De qua si coniecturae datur locus, videtur rex Persarum adversus Nephereum aut Acoridem expeditionem suscepisse quam Diodorus non commemoraverit. Haec igitur ante expeditionem Artaxerxis contra Euagoram evenerant, nec possunt Olympiadis CI. anno tertio assignari.

Iam de Amynta, Olynthiis, Phliasiis et expugnata Cadmea videamus. Olympiadis XCVIII. anno quarto Lacedaemonii Mantineam oppugnarunt; cives per aestatem fortiter restitere, sed sub finem anni se dediderunt Lacedaemoniis, qui eos in vicos denuo abire iusserunt (*διῴκισαν*). Olympiadis XCIX. anno secundo Lacedaemonii cum Amynta Olynthiis et Phliasiis bellum inferre coeperunt; quod varia fortuna cum Amynta continuarunt usque ad finem anni primi Olympiadis C, quo Olynthii se Lacedaemoniis submiserunt: Diodor. Sic. XV. c. 19 — 23. Res Phliasiorum non ut e Diodoro XV. 19. videri possit Olymp. XCIX. anno secundo, sed post Agesipolidis adversus Olynthios expeditionem, h. e. post finem anni quarti eiusdem Olympiadis, compositas esse iam Wesselingius et Dodwellus docuerunt. Cadmeam vero Thebanorum arcem duce Phoebida Lacedaemonii occuparunt anno tertio Olympiadis XCIX.: Diodor. Sic. XV. 20.

Restat ut de bello Euagorae dicatur. De quo ad Olympiadis XCVIII. annum quartum ita scribit Diodorus XV. 9. *ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθείς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθείς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη.* quibus repugnant quae libri XIV. capite 98. traduntur, ubi initia huius belli Olympiadis XCVII. anno secundo assignat: hoc modo igitur post decem, illo post sex annos bellum finitum esse dicit. Ad hunc locum Wesselingius: „at Isocr. Panegyr. p. 101. (c. 39.) sextum eius belli annum, cum orationem eam scriberet, verti, iamque Euagoram maritimo certamine superatum rebus angustis esse significat: cui eadem

tempestate viventi cur tandem non accessero?" Tum quidem decem annorum numerum confirmat ipse Isocrates Euagor. c. 23. (p. 201. Steph.) *Εὐαγόρᾳ δὲ πολεμήσας (βασιλεὺς) ἔτη δέκα τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν.* sed reliqua facile illustrari non possunt. Quae Diodorus l. l. narrat per *ἐπανάληψιν* historicam eorum, quae aliquot annis ante facta fuerant, ita ut ea repetierit, quo facilius origines atque causae belli perspici possent, recte explicuit Verpoortenius in Dissertat. de regno Salaminio in Cypro (cur. Ioh. Fr. Fischer. Lips. 1779.) iam enim Olympiadis XCV. anno secundo rex erat. Olympiadis XCVII. anno secundo quum solam Salaminem teneret, reliquis Cypri urbibus bellum intulisse videtur, quarum aliis persuasit, alias armis coëgit ut imperio suo se subiicerent; expeditio autem Artaxerxis adversus ipsum serius initium cepit, atque bellum usque ad mediam Olympiadem centesimam gestum est. Quod ut demonstrem, loco historici utar illi aetati proximi, Theopompi, de quo haec retulit Photius Biblioth. cod. CLXXVI. p. 389. ed Hoeschel. *Ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί* [a]). *πεντήκοντα δὲ*

a) Scripsit Theopompus *σύνταξιν Ἑλληνικῶν* libris XII. contentam, in qua ubi desierat Thucydides inde exorsus est et septendecim annorum historiam enarravit, (Diodor. Sic. XIII. 42. XIV. 85.) usque ad Olymp. XCVI. a. 2. ex quo libro esse nequeunt quae Photius affert; indicat enim opus trium et quinquaginta librorum et alia inscriptione insignitum. Intelligendus igitur est liber duodecimus eorum quos Theopompus praeterea conscripsit, eius operis quod ipse *ἱστορικοὺς λόγους* inscripsisse videtur, seriores, quum praecipue res Philippi in eo persequeretur, *Φιλιππικόν* vel *Φιλιππικά* dixerunt. Sed praeterquam quod de numero librorum diversae sunt sententiae, his quoque difficultatibus hic impliciti sumus, primum quod in hoc opere Theopompum ab Olympiadis quintae et centesimae anno secundo exorsum esse dicit Diodorus Sic. XVII. 3. deinde quod Menophanes librum duodecimum periisse dixerat, quod Wesselingium permovit ut ad Diodor. Sic. T. I. p. 573. scriberet: „Ego vero haud scio an Photius libri titulo sit deceptus. Theopompus XII. Graec. Historiae librum absolvit navali pugna ad Cnidum, quae ex nostri calculis anno secundo Olymp. XCVI. commissa est. Quae vero illo libro XII., quem Patriarcha excerpsit cod. CLXXVI., continebantur, omnia Olympiadem eam exceperunt, veluti res Acoridis in Aegypto gestae, Euagorae illatum ab Artaxerxe bellum, pax Antalcidae et motus pacis eius causa per Graeciam orti et reliqua. Haec Callisthenes libris Rer. Graecarum, ut auctor extremo l. XIV. significat, complexus erat, non Theopompus." Sed ut ut est, sive Callisthenes haec scripserit, cuius historica graeca bene distinguenda sunt ob virtutem a reliquis eius scriptis, sive ipse Theopompus fortassis ea ratione, qua a libro XLI. ad XLIII. historiam Siculam rebus Olymp. CIX. gestis inseruit, ab initio tyrannidis Dionysiacae Ol. XCIII. exorsus; tamen ab auctore profecta sunt illi aetati propius vivente quam Diodorus, et permagnum iis nullo modo poterit denegari momentum.

καὶ τρεῖς εἰσὶν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν ἱστορικῶν λόγοι· διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινὲς ἔφησαν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν καὶ τὴν τριακοστήν. ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ' ἡμεῖς εἴδομεν· Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεόπομπον διεξιὼν (ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνὴρ) καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει· καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν. καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περί τε Πακώριος (Ἀκώριος) τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς Βαρκαίους ἐσπείσατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ (Olymp. XCVII. exeunte et Ol. XCVIII. in.)· ὅν τε τρόπον παρὰ δόξαν Εὐαγόρας τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Αὐδήμωνα (Diod. Ἀβδήμονα) κατασχὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα· τίνα τε τρόπον Ἕλληνες οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσὶν ὑπολιπεῖς Ἀμαθούσιοι (haec per ἐπανάληψιν historicam)· ὅπως τε ὁ βασιλεὺς (rex Persarum) Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι, στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνων (Olymp. XCVIII. in. ad hoc enim tempus et finem praegressae Ol. referenda videntur quae Diodor. Sic. XV. 2. de Euagora (ἐκυρίευε κατὰ τὴν Φοινίκην Τύρου καὶ τινῶν ἑτέρων) et Isocrates dicunt Euag. c. 23. p. 201. Steph. μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δ' ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε). Tunc igitur Hecatomno mandatum est ut Euagoram subigeret; paullo post ubi ille plus profuerat quam nocuerat Euagorae, Artaxerxes expeditionem maiorem suscepit. Pergit Photius, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἣν αὐτὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐβράβευσεν. Patet hic intelligendam esse pacem Antalcidae, Ol. XCVIII. a. 2. qua facta ὁ μὲν βασιλεὺς, ut utar Diodori verbis XIV. 110. διαλυθεὶς τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορᾶς παρεσκευάζετο τὰς δυνάμεις εἰς τὸν Κυπριακὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Εὐαγόρας σχεδὸν ὅλην τὴν Κύπρον ἦν ἐκκεκλημένος, καὶ δυνάμεις ἁδρὰς συνηθροίκει διὰ τὸ τὸν Ἀρταξέρξην ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἕλληνας πολέμῳ διεσπάσθαι. Hanc expeditionem Photius indicat ita: ὅπως τε πρὸς Εὐαγόραν ἐπικρατέστερον ἐπολέμει. et ab ea (Olymp. XCVIII. a. 2. ex. et 3. in.) sese exordium libri XV. fecisse declarat ipse Diodorus XV. c. 1. Proxime sequuntur apud Photium: καὶ περὶ τῆς ἐν Κύπρῳ ναυμαχίας (Diod. l. l. c. 3. constat hanc pugnam commissam esse a. 3. eiusdem Olympiadis) καὶ ὡς Ἀθηναίων ἡ πόλις ταῖς πρὸς βασιλέα συνθήκαις ἐπειρᾶτο ἐμμένειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπέρογκα φρονοῦντες παρέβαινον τὰς συνθήκας. Quae postrema indicant civium Mantineae διοικισμόν, anno quarto eiusdem

Olympiadis, et quae deinde Olynthiis, Phliasiis, Thebanis fecerunt. Iam quum ad Lacedaemonios transiisset auctor quem excerpsit Photius, et iniuriarum fecisset mentionem et ὑπερβασιῶν, pacem iterum commemoravit Antalcidae Lacedaemonii, quo ex utrorumque, tum Persarum tum Lacedaemoniorum, rationibus considerari posset.

Inde redit: καὶ ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν· (Diodor. XV. 8. Ol. XCVIII. anno 4. exeunte et sequentibus) ὅπως τε Εὐαγόρᾳ ἐπεβούλευσεν· ὅπως τε αὐτὸν Εὐαγόρας πρὸς βασιλέα διαβαλὼν συνέβαλε [συνέλαβε collato Diodoro XV. 8. Bekkerus.] μετ' Ὀρόντου. Haec omnia Olympiade nonagesima nona accidisse rerum ordo docet; nec mirandum est quod annorum numeri cum Diodoro non conveniunt, quum is diversam omnino narrationem sequutus sit et, ut supra ostendi, ab se ipse dissentiat. Pergit Photius: καὶ ὡς Νεκτενίβιος παρειληφότος τὴν Αἴγυπτον βασιλείαν, πρὸς Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἀπέστειλεν Εὐαγόρας· (rex autem factus est Necteuibis vel Nectanebis ineunte Olympiade C. [a])) τίνα τε τρόπον ὁ περὶ Κύπρον αὐτῷ πόλεμος διελύθη. Ita incideret finis belli huius Cyprii in annum secundum vel tertium Olympiadis centesimae. Consentiunt cum hac ratione quae ab Isocrate narrantur. Nam, ut supra monitum est, bellum Cyprium decem explevit annos, dicit autem c. 39. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας (Olymp. XCVIII. 2.) ὃς ἄρχει μὲν μιᾶς πόλεως (Salaminem intelligas) τῶν ἐν Κύπρῳ, ἐν δὲ ταῖς συνθήκαις ἔκδοτός ἐστιν (pace Antalcidae Ol. XCVIII. 2. facta), οἰκῶν δὲ νῆσον κατὰ μὲν θάλατταν προδεδυστύχηκεν (Ol. XCVIII. 3.), ὑπὲρ δὲ τῆς χώρας τρισχιλίους εἶχε μόνον πελταστάς· ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν· εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα κ. τ. λ. Quae ita sunt explicanda: ex quo victus est Euagoras proelio navali, nonnisi tria millia militum habebat, sola Salamine se continere debet, iam sextus agitur annus; tanto exercitu, quo Euagoram Ol. XCVIII. 2. aggressus est, ipse βασιλεὺς eum subigere nequit,

a) Olymp. C. a. 2. Cfr. *Allgemeine Welthistorie.* T. I. Hal. 1746. p. 566. §. 692. atque §. ant. coll. p. 486. §. 598. Eusebius anno primo Olympiadis XCVIII. assignat, et eiusdem anno secundo Euagorae deditionem; nam recte Scaliger dedit ἑξέστη, quod tamen non potest intelligi de fuga Euagorae ad Acoridem hoc anno a Diodoro enarratam, sed ita: Cypri, paene totius insulae, imperium, quod antea sibi vindicaverat, amisit (et solam retinuit Salaminem). Hic prochronismum esse iam Morus sensit; est autem decem annorum. Simili modo in iis quae proxime notata sunt ab Eusebio prochronismum septem annorum esse iam Scaliger vidit in animadvers. p. 114 b.

sed ex quo cum eo post proelium navale pugnat, et Euagoras, qui antea ingentem exercitum coëgerat (vide supra et Diod. XV. 2.), quum defecissent socii, periissent aut descivissent milites, tria modo habebat militum millia, Artaxerxes οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως περιγενέσθαι nequit, sed adversus eam bellum gerens iam sextum annum attigit. Elucet hinc sextum hunc annum, ex quo Artaxerxes frustra οὕτω ταπεινὴν δύναμιν oppugnet, esse annum quartum Olympiadis nonagesimae nonae.

Finis huius belli (σχεδὸν, vid. Diod. supr.) per decennium gesti, et Ol. XCVIII. 2. incepti, incidit in eundem annum qui ex excerptis historici antiqui modo erutus est Ol. C. 2. Post eius finem a Photio haec commemorantur: καὶ περὶ Νικοκρέοντος ὡς ἐπεβούλευσεν, ὡς παραδόξως ἐφωράθη, ὡς ἔφυγε· καὶ ὡς τῇ ἐκείνου παιδὶ καταλειφθείσῃ κόρῃ Εὐαγόρας τε καὶ ὁ τούτου παῖς Πνυταγόρας (vid. Wesseling. ad Diodor. XV. 4.) λανθάνοντες ἀλλήλους συνεκάθευδον, Θρασυδαίου τοῦ εὐνούχου, ὃς ἦν Ἠλεῖος τὸ γένος, αὐτοῖς παρὰ μέρος ὑπηρετουμένου τῇ πρὸς τὴν κόρην ἀκολασίᾳ. καὶ ὡς τοῦτο αὐτοῖς αἴτιον ὀλέθρου γέγονε, Θρασυδαίου τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν κατεργασαμένου. Interemtus autem est Euagoras Ol. CI. 3.: cfr. Verpoorten. l. l. p. 28. Meurs. Cypr. p. 114. Perizon. ad Aelian. T. II. p. 475. ed. Gron. 1731. neque diu post finem huius belli vixit, ita ut, quanquam erat si quis alius audax et ad molitiones proclivis, nihil perfecerit, quapropter etiam Isocrates in eius laudatione post hoc tempus nihil commemorat.

Quae quum ita sint, editus est Panegyricus anno quarto Olympiadis XCIX. et omnia optime consentiunt. Hoc anno dicere poterat Isocrates c. 43. Hecatomnus τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε (inde a media Olympiade XCVIII), c. 35. Μαντινέων πόλιν — ἀνάστατον ἐποίησαν (Ol. XCVIII. 4)· τὴν δὲ Θηβαίων Καδμείαν κατέλαβον (Ol. XCIX. 3. in. de eadem re intelligo verba c. 33. πελτασταὶ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν) καὶ νῦν Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις πολεμοῦσι, de quibus supra dictum p. XXXVII.

Alia de tempore Panegyrici sententia C. M. Wilandi est in praefatione ad versionem vernaculam huius orationis, Musei Attici fasciculo primo insertam. Qui quae disputavit eo redeunt ut, quum duo argumenta paribus sibi adversentur viribus, quorum hoc probet orationem haud serius esse editam quam ineunte Olympiade XCVIII., illud autem doceat haud prius esse editam quam exeunte XCIX., sumat Isocratem tam diu versatum esse in Panegyrico elaborando et perpoliendo, ut interea bellum Cyprium finitum et expeditio Lacedaemoniorum

adversus Olynthios suscepta fuerit. Recensionem duplicem necessariam esse negat, et verba ἤδη ἓξ ἔτη de industria non mutata remansisse, quum oratoribus ex ipsa Isocratis (Panathen. p. 269 a. Steph.) sententia et ad eiusdem exemplum liceat interdum a fide et veritate historica recedere, quam fidem tanto facilius ab illo negligi potuisse censet, quanto maior fuerit Atheniensium longe alia curantium levitas. At, etiamsi Isocrates decem aut adeo plures annos insumserit Panegyrico elaborando, tamen eo usque dementiae delabi non potuit ut quae in fine huius decennii pariter atque quae in initio gesta essent tanquam praesentia coniungeret. Fac per plures annos eum magnam huius orationis partem, fortassis a c. 4 — 30. perpolivisse, tamen sumi nullo modo potest eum quamvis interea se subiecisset Euagoras, non mutata reliquisse verba ἀλλ' ἤδη ἓξ ἔτη διατέτριφεν· εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, πολὺ πλείων ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι. Quamvis enim in rebus antiquioribus orator non adstrictus est ad fidem historicam, tamen tam miro modo de rebus paucis annis antea gestis quam ederet hanc suasionem (Cic. Or. c. II.) non potuit hallucinari, ut argumentis iis uteretur quae iam dudum evanuissent atque ad nihilum redacta essent.

Cum Spohnio consentit qui eius dissertationem non vidit Clintonus in fastis Hellenicis ad annum 380. A. C. Ol. 100, 1. ubi haec ascripsit: „Isocratis *Πανηγυρικός*, *dum Phlius obsidetur necdum finito Olynthio bello atque ante Cadmeam recuperatam*. Paneg. c. 35. Itaque haec oratio publicata est ante 379. et post initium anni 380.“ Confer eundem in appendicis capite XII. de bello Cyprio disputantem.

ΒΙΟΣ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ.

Ἰσοκράτης Θεοδώρου τοῦ αὐλοποιοῦ ἐγένετο παῖς, Ἡδυτοῦς μητρὸς . . . (οὐχ ὅτι δὲ ἰδίαις χερσὶν εἰργάζετο, διὰ τοῦτο αὐλοποιὸς ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτι παῖδας εἶχε τοὺς ἐργαζομένους καὶ ἐκ τούτου προσεπορίζετο τὸν βίον). γυναῖκα δὲ ἠγάγετο Πλαθάνην τινά, Ἱππίου τοῦ ῥήτορος ἀπογεννωμένην· ἀτυχήσας δὲ περὶ τέκνα θετὸν ἐποιήσατο παῖδα τὸν ταύτης υἱόν, τὸν Ἀφαρέα. μαθητὴς δὲ ἐγένετο φιλοσόφου μὲν Σωκράτους, ῥήτορος δὲ Θηραμένους — τοῦ μαθητοῦ Γοργίου· ὁ δὲ Γοργίας μαθητὴς Τισίου — τοῦ καὶ κοθόρνου. ἐκλήθη δὲ οὗτος κόθορνος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. κόθορνος ὑπόδημά ἐστιν ἁρμόζον γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν, ἢ ἁρμόζον κατὰ δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ ποδός· εἴτε οὖν διὰ τοῦτο εἴτε δι' ἐκεῖνο ἁπλῶς κόθορνος ἐκλήθη διὰ τὸ εὐχερὲς τῶν τρόπων, ὥσπερ καὶ ὁ κόθορνος εὐμετάβλητός ἐστι περί τε δεξιὸν πόδα καὶ ἀριστερόν, ἤγουν πρὸς ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ μὴ ἐν ἑνί ποτε μόνῳ ἱστάμενος. μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης τοῦ κοθόρνου ἐν τοῖς Βατράχοις (47)

τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον συνηλθέτην;

ἀεὶ γὰρ πρὸς τὰς πολιτείας μετεβάλετο, καὶ τιμῶν τὴν παροῦσαν πολιτείαν, καταλυθείσης ταύτης ποτὲ ὕστερον κατήγορος ἐγένετο, ἧς καὶ μετεῖχε πρώην. καὶ διὰ τοῦτο συνειδότες οἱ τριάκοντα πρὸ τῆς καταλύσεως αὐτῶν ἐφόνευσαν αὐτόν, ἵνα μὴ ὕστερον διαβάλῃ καὶ αὐτούς, ὥσπερ τοὺς τετρακοσίους, ὡς σὺν θεῷ μαθησόμεθα. ἀπιόντος δὲ τούτου πρὸς θάνατον συνηκολούθει ὁ Ἰσοκράτης, μετασχεῖν βουλόμενος τοῦ θανάτου, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τὴν τιμὴν τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον ἐνδεικνύμενος. ὡς δὲ ἐκώλυσε καὶ οὐκ ἔπειθεν, ὕστερόν τι εἰπὼν ἔπει-

σεν· ἔφησε γάρ· συναπόλλυταί σοι καὶ ἡ ἐμὴ διδασκαλία, ὥστε ζῶν πλέον ἔτι τιμᾷς, ἐνδεικνύμενος τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν. καὶ οὕτω πεισθεὶς ἀπελθὼν ἐδίδασκεν. ἔγραφε δὲ λόγους πανηγυρικοὺς καὶ συμβουλευτικούς· τῶν γὰρ δικανικῶν ἀπείχετο πλεονάκις, διὰ τὸ δύο πάθη ἔχειν σωματικά, ὅτι τε δειλὸς ἦν καὶ ἀσθενὴς τῇ φωνῇ. καὶ οὕτως ἦν δειλὸς καὶ αἰδήμων καὶ μὴ φέρων λέγειν ἐν τοῖς πλήθεσι διὰ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, ὥστε λέγεται ποτὲ ὡς αὐτοῦ ἐξηγουμένου ἐπεισῆλθόν τινὲς αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ αἰδούμενος ἐσιώπησεν. ἐλάμβανε δὲ χρήματα πάμπολλα ὑπὲρ τῆς διδασκαλίας, παρὰ μὲν τῶν πολιτῶν οὐδέν, ὥσπερ γέρας τοῦτο κατατιθέμενος καὶ τροφεῖα καταβάλλων τῇ πατρίδι, παρὰ δὲ τῶν ξένων χιλίας δραχμάς. ἀμέλει Ἐφόρου τινός, αὐτοῦ μαθητοῦ, ἀπελθόντος ἐν τῇ πατρίδι καὶ ἐλθόντος πάλιν πρὸς τὸ ἀναλαβεῖν καὶ δόντος τὰς χιλίας, ἐκάλει τοῦτον Δισέφορον. πλούσιος δὲ γενόμενος ἐμερίσατο τὸν πλοῦτον πρὸς τὴν πόλιν διὰ τῆς εὐνοίας, τριηραρχίας καὶ πολλὰς λειτουργίας συντελῶν. ἔσκωπτον δὲ τοῦτον οἱ κωμικοὶ ὡς κεχρημένον τινὶ πόρνῃ Λαγίσκῃ ὀνόματι. λέγομεν δὲ ἡμεῖς ἀπολογούμενοι ὅτι μάλιστα μὲν οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ, εἰ εἶχε μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ταύτην παλλακίδα· ἔπειτα λέγομεν ὅτι τοῦτο αὐτὸν πολὺ πλέον προσαπολύει τῆς διαβολῆς, ὅτι ψευδὲς τὸ παρὰ τῶν κωμικῶν σκώπτεσθαι. εἰώθασι γὰρ οἱ κωμικοὶ τὰ μεγάλα πρόσωπα σκώπτειν διὰ γέλωτα, ὡς Σωκράτην εἰσάγουσιν ἐρῶντα νέων. ἔγραψε δὲ πολλοὺς λόγους, ὧν εἰσὶν αἱ παραινέσεις, εἰ καί τινες ἠβουλήθησαν αὐτὰς εἰπεῖν μὴ εἶναι αὐτοῦ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φράσεως, ἃς πρῶτον εἰκότως ἀναγινώσκομεν, οὐχ ὡς βελτίονας οὔσας τῶν ἄλλων λόγων· καὶ γὰρ καὶ ὁ πανηγυρικὸς αὐτῶν προέχει καὶ ἄλλοι πολλοί· ἀλλ' ὅτι περὶ ἠθῶν διαλαμβανόυσιν. ἀναγκαῖον δὲ τὰ ἤθη πρὸ τῶν λόγων κοσμῆσαι, ὥσπερ ὁ γεωργὸς ὀφείλει πρὸ τῶν σπερμάτων καὶ ἧς μέλλει καταβάλλειν φυτείας ἐκκόπτειν ἀπὸ τῶν χωρίων τὰ λυμαινόμενα τούτοις, οἷον ἄγρωστιν καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· δι' ὅ, ὡς καὶ πρὸς παῖδας ταῦτα γράφων, ἠναγκάσθη ταπεινοτέρᾳ χρήσασθαι τῇ φράσει· ὥστε αὐτοῦ ἂν εἴησαν καὶ αἱ παραινέσεις. ἄξιον δὲ ζητῆσαι διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως αὐτὰς ἀναγινώσκομεν κατὰ τάξιν, πρῶτον τὴν πρὸς Δημόνικον, ἔπειτα τὴν πρὸς Νικοκλέα, καὶ μὴ ἀδιαφόρως, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ λόγοις. λέγομεν ὅτι Ἰσοκράτης βουλόμενος κοινωφελὴς γενέσθαι, φορτικὸν δὲ ἡγούμενος τὸ πρὸς πάντας γράφειν τὰς συμβουλάς, ἦλθεν ὡς τούτους γράφειν. τὸ δὲ ἀληθὲς πᾶσι παραινεῖ διὰ τῶν τριῶν παραινέσεων, ὥσπερ καὶ ὁ Ἡσίοδος,

ὡς πρὸς τὸν ἀδελφὸν λέγων, ἐργάζευ νήπιε Πέρση, πᾶσι παραινεῖ. οὕτω καὶ ὁ Ἰσοκράτης. τάττει οὖν πρῶτον τὸν πρὸς Δημόνικον, ὡς πρὸς ἰδιώτας πρῶτον διαλεγόμενος, εἶτα βασιλεύειν διδάσκων ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα· πρῶτον γάρ τις ἰδιώτης γενόμενος ὕστερον ἔρχεται ἐπὶ τὴν βασιλείαν. εἶτα λέγει ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, ἢ συμμαχικῷ, πῶς δεῖ καὶ τὸν ἰδιώτην βασιλεύεσθαι. σκώπτουσι δὲ αὐτόν, ὡς εἶπον καὶ ἄνω, οἱ κωμικοὶ ἐπὶ τῇ Λαγίσκῃ, ὧν εἷς ἐστι καὶ Στράττις *), λέγων ταῦτα ἐν Ἀταλάντῃ· καὶ Λαγίσκην τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν εὑρεῖν μὲν συκάζουσαν, εἶθ' ἥκειν ταχὺ τὸν αὐλότρυπον αὐτόν. λέγουσι δέ τινες ὅτι τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου πρεσβύτερος ἐγένετο δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν. ἤκουσε δὲ κατά τινας καὶ Προδίκου τοῦ Κίου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου· νέος δὲ ὢν ἐδόκει διοίσειν τῶν περὶ Λυσίαν τὸν ῥήτορα πρὸ αὐτοῦ γενομένων· καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ **) Σωκράτην λέγοντα ποιήσας οὕτω· νέος μὲν ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης, ὃ μέντοι περὶ αὐτοῦ μαντεύομαι εἰπεῖν ἐθέλω· δοκεῖ γάρ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι. ἔσχε δὲ μαθητὰς πολλοὺς μέν, τοὺς δὲ εὐδοκιμηκότας καὶ ἐπιφανεῖς τούτους, Θεόπομπον, Ἔφορον, ὧν καὶ ἱστορίαι φέρονται, Ὑπερίδην, Ἰσαῖον, Λυκοῦργον, οἵτινες εἰσὶ τῶν δέκα ῥητόρων τῶν κριθέντων τε καὶ ἀναγινωσκομένων, εἶτα Φίλισκον, Ἰσοκράτην ὁμώνυμον αὐτοῦ, Θεοδέκτην, Ἀνδροτίωνα τὸν τὴν Ἀτθίδα γράψαντα, καθ' οὗ καὶ ὁ Δημοσθένης ἔγραψε, καὶ Πύθωνα τὸν Βυζάντιον, τὸν ῥήτορα Φιλίππου. περὶ δὲ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου φέρεταί τι τοιοῦτο αὐτοῦ καὶ ἀστεῖον· εἶχε γὰρ καὶ τοῦτο. ὡς ἑώρα τὸν Θεόπομπον μικρὰν ὑπόθεσίν τινα λαμβάνοντα καὶ ἐπεκτείνοντα ταύτην καὶ διὰ πολλῶν λέγοντα, ὥσπερ ἐν τῇ Φιλιππικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ ἐποίησε, τὸν δὲ Ἔφορον μεγάλην μὲν ὑπόθεσιν λαμβάνοντα καὶ πολλῶν δεομένην, εἶτα δι' ὀλίγων αὐτὴν λέγοντα καὶ ἐλλειπῶς, ἔφησεν ὡς ὅτι ἔχω τινὰς δύο μαθητάς, ὧν ὁ μὲν δέεται μάστιγος, ὁ δὲ χαλινοῦ· μάστιγος μὲν λέγων περὶ τοῦ Ἐφόρου, διὰ τὸ νωθὲς καὶ βραδὺ τῆς φύσεως· χαλινοῦ δὲ διὰ τὸ Θεο-

*) **Versus Strattidis emendatiores leguntur ap. Athenaeum XIII. p. 592.**

Καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν
Ἰδεῖν με συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι,
Τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν.

Conf. Harpocratio s. v. *Λαγίσκα.*

) **Pag. 278 sq. ed. Steph.

πόμπου πολύ τε καὶ ἀκρατὲς τῆς γλώττης. διατριβὴν δὲ εἶχε πρὸς τῷ Λυκείῳ τῷ γυμνασίῳ. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὡς ὅτι κατηγορηθεὶς ὡς διαβάλλων τὴν δημοκρατίαν ἐν τῷ γράφειν πρὸς Νικοκλέα ταῖς παραινέσεσι βασιλέα ὄντα, ἤφει ἀπολογησόμενος πάλιν ἐξ αὐτῶν τῶν παραινέσεων, εἰπὼν ἐκεῖνο· ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα τὸν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν. τοὺς δὲ δικανικοὺς αὐτοῦ λόγους, καὶ οὓς ἔδει ἐν πλήθει λέγειν, λέγεται ὡς ἢ δι' ἄλλων ἐπεδείκνυτο, ἢ δι' ἑαυτοῦ ὀλίγους. ἄξιον δὲ καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τἀνδρὸς εἰπεῖν. ἤδη μὲν οὖν προφθάσαντες εἴπομεν ὡς ὅτι ζηλωτὴς μὲν ἐγένετο τοῦ Γοργίου κατὰ τὸ ὁμοιοκαταληκτῶδες καὶ παρισῶδες, πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀεὶ διὰ τὸ προσκορές· σαφεῖ δὲ τῇ λέξει κέχρηται καὶ ἠθικῇ καὶ πιθανῇ· στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ χάριν ἔχουσα, ὥσπερ ἡ τοῦ Λυσίου. λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς ὅτι διεφθονοῦντο οὗτοι ἀλλήλοις καὶ ἀντεπαίδευον. συνεχὴς δέ ἐστι τοῖς ἐνθυμήμασιν. οὔπω γὰρ τελειώσας τὸ νόημα, ἄλλο αὐτῷ συμπλέκει ἐνθύμημα· διὰ πολλῶν δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ προοίμια. εἰ δέ τινες ἐπεισάγουσιν ἄλλους τινὰς λόγους, ὡς ὄντας αὐτοῦ, οὐ προσδεκτέον ἐκείνους παρὰ τοὺς φερομένους. εἰσὶ δὲ οἱ ἐπεισφερόμενοι οὗτοι· συμβουλευτικοὶ ἐννέα, περὶ παρασκευῆς ἱππομεδῶν, περὶ αὐτονομίας, Σινωπικός, νησιωτικός, σύμμικτοι τρεῖς, Ἀμφικτυονικός, περὶ τοῦ κατοικισμοῦ Μιλησίοις. ἐπιδεικτικοὶ ἑπτά, Κλυταιμνήστρας ἐγκώμιον, Πηνελόπης, Μενεκράτης, ἐπιτάφιος τοῖς ἐν Θυραίᾳ, Νεοπτόλεμος, Παριακός, συνηγορία πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἐπιστάτου, περὶ τοῦ ὄρτυγος, ὑπὲρ Τιμοθέου, ἐπιτροπικὸς περὶ τῆς ὑδρίας, σύμμικτοι πέντε, περὶ φιλοσοφίας, περὶ Πλάτωνος, περὶ Ἔριδος, προτρεπτικός, καταδρομὴ σοφιστῶν. λέγεται δὲ ὡς ὅτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε. τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσαι. ἐρεῖ δέ τις, καὶ πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν ὡς ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικάς, ἐμνήσθη καὶ ταύτης. ἐβίωσε δὲ οἱ μὲν λέγουσιν ὡς ὅτι ἑκατὸν ἔτη, οἱ δὲ ἐνενήκοντα καὶ ὀκτώ. ἀπέθανε δὲ ἐπὶ Χερώνδου ἄρχοντος μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, λυπηθεὶς διὰ τὴν ἧτταν καὶ τὴν συμφορὰν τὴν γενομένην ἐκεῖσε τοῖς Ἀθηναίοις παρὰ Φιλίππου. ἀποκαρτερήσας δ' ἐτελεύτησεν, ὡς μὲν Δημήτριός φησιν, ἐννέα ἡμέρας, ὡς δὲ Ἀφαρεύς, δεκατέσσαρας. προαναγνοὺς δὲ τούτους τοὺς στίχους ἐτελεύτησεν, ἐκ τριῶν δραμάτων Εὐριπίδου·

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ.
Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.
Πέλοψ ὁ Ταντάλειος ἐπὶ Πίσσαν μολών.

δηλῶν ἐκ τούτων ὡς ὅτι, ὥσπερ ἐκεῖνοι βάρβαροι ὄντες, ἐλθόντες εἰς τὴν Ἑλλάδα κατέσχον αὐτῆς, οὕτω καὶ τέταρτός τις οὗτος ἀνεφύη δεσπότης τῆς Ἑλλάδος ὁ Φίλιππος. καὶ γὰρ Δαναός, Αἰγύπτιος ὢν βάρβαρος, ἡ γὰρ Αἴγυπτος τότε ὑπὸ τοὺς Πέρσας ἦν, φυγὼν τὸν ἀδελφόν, διὰ τὸν περιφερόμενον χρησμόν, ἐλθὼν εἰς Ἄργος κατέσχε τούτου. πάλιν ὁ Σιδώνιος Κάδμος, βάρβαρος ὤν, ἡ γὰρ Σιδὼν καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοὺς Πέρσας ἦν, ἐξελθὼν ἐπὶ ζήτησιν τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς Εὐρώπης, ἐλθὼν εἰς Θήβας κατέσχε τούτων. ὁμοίως Πέλοψ ὁ Φρύγιος, ἡ δὲ Φρυγία καὶ αὐτὴ τῆς Ἀσίας ἦν, φυγὼν τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Ἴλου πολεμοῦντος αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα, ἦλθεν εἰς Πίσσαν, καὶ ὕστερον συμπάσης Πελοποννήσου ἐκράτησεν· ἐξ οὗ καὶ Πελοπόννησος ἐκλήθη. ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰρηκότος καὶ τελευτήσαντος, θαυμάσαντες αὐτοῦ οἱ Ἀθηναῖοι ἣν εἶχε πρὸς τὴν πόλιν εὔνοιαν, δημοσίᾳ φιλοτίμως ἔθαψαν, καὶ Σειρῆνας ἐκκολάψαντες διὰ λίθου, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῷ μνήματι, δηλοῦντες τὴν εὐμουσίαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ θεσπεσίου ῥήτορος.

Λοιπὸν δὲ χωρεῖν ἤδη ἀνάγκη ἐπ' αὐτὰς τὰς ἐξηγήσεις τῶν λόγων αὐτοῦ, πρώτας ποιουμένους τὰς παραινέσεις· ἤδη γὰρ καὶ τὴν αἰτίαν προειρήκαμεν. ἀνάγονται δὲ αἱ παραινέσεις ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος, κέκληνται δὲ αἱ παραινέσεις παρὰ τὸν αἶνον, ὅ ἐστι τὴν συμβουλήν, ὡς καὶ Ἡσίοδος· νῦν δὲ αἰνεῖν βασιλεῦσι· στάσιν δὲ οὐκ ἐπιδέχονται· οὐ γὰρ ἔχουσι τὸν ἀντιλέγοντα. καιρὸς μὲν ἤδη, ὡς εἴπομεν, ἐπ' αὐτὰς λοιπὸν χωρεῖν τῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀναγκαῖον πρὸ αὐτῶν τῶν ἐξηγήσεων προηγεῖσθαι τὰς ὑποθέσεις καὶ τοὺς σκοποὺς τῶν λόγων, δεικτέον πρῶτον τοῦ λόγου τὴν ὑπόθεσιν. Ἱππόνικός τις, ὡς ἔχει ὁ πολὺς λόγος, Κύπριος μὲν ἦν τῷ γένει, Ἰσοκράτους δὲ φίλος τοῦ σοφιστοῦ· οὗτος τελευτήσας κατέλειψε παῖδα, ὀνόματι Δημόνικον. τοῦτον Ἰσοκράτης ὁρῶν παῖδα ὄντα, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας λόγων δεόμενον, γράφει αὐτῷ ὑποθήκας, ὅπως δεῖ ζῆν αὐτὸν διδάξαι βουλόμενος· ὥσπερ ἣν εἶχε πρὸς τὸν πατέρα εὔνοιαν παραπέμψαι καὶ μέχρι τοῦ παιδός, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ τοῦ λόγου προοιμιάζεται. συμβουλεύει οὖν αὐτῷ, γράψας δι' ἐπιστολῆς· οὐ γὰρ ἐδύνατο καταλεῖψαι Ἀθήνας διὰ τοὺς μαθητάς. τινὲς δὲ ἐπιχειροῦσι λέγειν τὸν λόγον, ἐπιστολὴ πρὸς Δη-

μόνικον. καὶ ἡ μὲν φαινομένη ὑπόθεσις αὕτη. εἰρήκαμεν δὲ ἐν τοῖς ἄνω ὡς ὅτι κοινωφελεῖς αὐτοῦ βούλεται ποιήσασθαι τὰς παραινέσεις, καὶ συμβουλεῦσαι, πῶς δεῖ ζῆν τὸν ἰδιώτην. καὶ τοῦτο ποιεῖ διὰ τοῦ Δημονίκου, καὶ τὸ πῶς δεῖ βασιλεύειν προβαλλόμενος τὸν Νικοκλέα. φεύγων δὲ τὸ φορτικὸν, οὐ φανερῶς ἐπιφέρει τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις τὸν ἴδιον σκοπόν. ἄρχεται δὲ ἀπὸ θείων, εἶτα εἰς γονέας μεταβαίνει, εἶτα φίλους καὶ οἶκον καὶ πατρίδα, τήν τε δίαιταν καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν περὶ ψυχήν. χωρητέον οὖν λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸ προοίμιον, παρὰ τὸν οἶμον, ὅ ἐστιν ὁδόν. Ἡσίοδος·

μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτήν.

ὁδὸς δὲ τοῦ λόγου οἱ ἀγῶνες καὶ αἱ πράξεις.

ARGUMENTUM PANEGYRICI
ET
EIUS DESCRIPTIO.

EXORDIUM.

Quanquam apud nos qui corporis viribus earumque speciminibus delectant praemiis ornari solent, neque vero qui ingenii viribus rei publicae prodesse student; tamen consilium cepi hortandi, ut bellum Persis inferamus et inter nos consentiamus.

Multi quidem iam in eodem argumento versati sunt, sed quum parum recte in eo elaboraverint, et eadem res variis modis retractari possit, neque temporis opportunitas praeterierit, de eadem re dicam, ita quidem, ut priores illorum conatus longe superem.

PROPOSITIO.

Inde enim exordiar, ut reconciliatis antea Graecis et diremtis controversiis de principatu, instituenda eius inter Athenienses et Lacedaemonios divisione, ad Persas bello coniunctis viribus petendos excitem. §. 1 — 17.

TRACTATIO.

Doceam enim, ut Lacedaemoniis, de dividendo principatu dissentientibus, persuadeam, argumentis variis

A. Atheniensium potius esse imperium quam eorum, §. 18 — 23.
I) primum quidem ob originem, nam urbs Atheniensium est antiquissima, maxima, celeberrima, civium indigenarum laude conspicua; §. 23 — 25.

II) deinde ob res gestas; his enim et meritis in reliquas est eximia, §. 26. 27.

A) quoniam vitam Graecis conservavit et exornavit, ib. nam

a) fruges et mysteria accepit, atque cum aliis communicavit, §. 28. 29., de quibus, quamvis antiquis, constat, §. 30. 31., et patet Athenienses haec bona aut a Diis accepisse aut ipsos invenisse, quum et religiosissimi et solertissimi sint; §. 32. 33.

b) coloniis deducendis Graeciam et servavit et, Persis repressis, amplificavit, §. 34 — 37.

c) institutis et artibus vitam instruxit, §. 38.

1) legibus et forma civitatis, §. 39.

2) artibus aut necessariis aut utilibus partim inveniendis partim excolendis, §. 40.

3) liberali hospitalitate, §. 41.

4) portu, cuius commodis omnes fruuntur, §. 42.

5) spectaculis, et sumtibus et arte eminentibus, atque certaminibus et ludis omnis generis omni tempore instituendis, quibus Graecos delectat et conciliat, §. 43 — 46.

6) philosophia et eloquentia singulari studio colendis, atque Graecis doctrina imbuendis. §. 47 — 50.

B) Pariter autem Athenienses bellica virtute inclaruerunt, et ratione quidem honestissima, non enim ita, ut iniuste amplificarentur, sed ut iniuriam passis opitularentur. §. 51 — 53.

a) §. 54 — 65. Iam olim quidem pro Adrasto et Heraclidis ita egerunt,

Thebanos adorti et Eurystheum, §. 54 — 60.

quem ad incitas redegerunt et Heraclidis, Lacedaemoniorum maioribus, restituendis optime de his meriti sunt, §. 61 — 63.

iam tunc enim principatum obtinebant. §. 64. 65.

b) §. 66 — 98. Deinde praeter alia virtutem comprobarunt bellis adversus Scythas, Thraces, Persas; §. 66. 67.

reliquis enim Graeciae civitatibus adhuc infirmis Thracum, Scytharum et Amazonum incursus, omnem Graeciam vastaturos, soli exceperunt, et felicissime restinxerunt. §. 68 — 70.

§. 71 — 98. Pari virtute excelluerunt in bellis Persicis adversus Darii et Xerxis ingentes copias: quo facto imperium maris ultro oblatum acceperunt; §. 71. 72.

socios quidem virtutis *illo tempore maiores* Lacedaemoniorum habuerunt §. 73. 74.

et optimorum studiorum pro salute omnium *tunc* aemulos; §. 75 — 84.

sed iis antecellere prospero successu studuerunt et contra Darium §. 85 — 87.

et contra Xerxem §. 88 — 96. victis ad Salaminem Barbaris salutis communis auctores. §. 96 — 98.

Eorum igitur, qui toties habuerunt, nunc etiam debet esse principatus; §. 99.

non enim abusi sunt imperio maris, animadverterunt nonnisi in rebelles, civitatis regundae necessitate coacti, neque gravius quam alii, et per longum imperii tempus in paucissimos, §. 100 — 102.

sed maxima cura et amicitia saluti sociorum prospexerunt, §. 103 — 106. iniuste lucrari nolentes; §. 107 — 109.

secus ac Lacedaemonii, qui superbia, imperandi et habendi cupiditate, atque crudelitate civitates et ante pacem (Antalcidae), §. 110 — 114. et hac facta maximis obruerunt malis et toti Graeciae interitum pararunt, ita ut multae urbes pareant Persis, quorum imperium Athenienses antea plane represserant. §. 115 — 118.

Ex quo enim principatus ab Atheniensibus ad Lacedaemonios transiit, Persae male tractarunt Graeciam, §. 119.

atque etiamnum, facta pace, tractant, §. 120 — 124.

Lacedaemoniis in socios suos et reliquos Graecos graviter peccantibus, §. 125 — 128.

quanquam quodammodo possunt excusari; neque vero ab omni parte. §. 129 — 132.

B. Quod autem de parvis possessionibus rixamur et nos invicem diripimus, qui ingentibus Asiae divitiis possimus frui, et Persarum regem magis adiuvamus quam attentamus, magna est perversitas, qua iste, non potentia sua, valere coepit. §. 133 — 137.

Valde enim imbecillis est, nec nisi Graecis iuvantibus aliquid magni perficere potest, §. 138 — 143.

atque eius ignavia et infirmitas tum alibi, tum in expeditione Cyri declarata est; §. 143 — 149.

nam et milites et duces et proceres homines sunt perditissimi. §. 150. 151.

Attamen nos omnes malis implicuerunt et omni tempore insidias nobis struxerunt; §. 152 — 156.

hinc etiam acerrimum Graecorum, praecipue vero Atheniensium in eos odium. §. 157 — 159.

Itaque omnia ad bellum contra eos excitant, cui faciendo praesens tempus maxime est opportunum; istis enim nunc multa desunt, quae nobis aderunt subsidia, quibus festinanter uti debemus: §. 160 — 166.

mala quibus afflicta est tota Graecia nunc ad summum pervenerunt fastigium, §. 167 — 169.

simultates mutuae, quae nobis perniciem parant, hoc tantum modo poterunt componi, §. 170 — 172.

ut quam primum coniunctis viribus bellum contra Persas in Asiam transferamus; §. 173. 174.

tantum enim abest, ut foedera hanc expeditionem impediant, ut ab omni parte excitent. §. 175 — 178.

Suadent eam iniuriae nobis illatae, memoria maiorum, facilitas, qua geri, commoda, quae parare poterit bellum, §. 179 — 182.

suadent iustitia, virtutis aemulatio, pietas, §. 183 — 184.

promovebunt commune odium et gloriae, inde parandae, recordatio. §. 185. 186.

PERORATIO.

Sed infra argumenti gravitatem et dignitatem consistere debeo. Vos ipsi felicitatem, quae ex Asia in Europam hinc redundabit, cogitatione assequi, et quibus est potentia, Athenienses et Lacedaemonios reconciliare studeatis; oratores vero, reliquis omnibus missis, in hoc uno argumento gravissimo et utilissimo elaborantes inter se decertent.

ARGUMENTUM
HIERONYMI WOLFII
IN
ISOCRATIS PANEGYRICUM.

Οὗτός ἐστιν ὁ πολυθρύλλητος [a]) ἐκεῖνος λόγος, καὶ σχεδὸν κορυφαῖος ἐν τοῖς Ἰσοκράτους. Καὶ οἱ μέν φασιν, αὐτὸν δέκα [b]), οἱ δὲ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐξειργασμένον, περισσοτέρῳ δήπου μήκει χρόνου, ἤπερ οἱ ἐλέφαντες τίκτουσιν. Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες οὐκ εὐφυείας μόνον, ἀλλὰ καὶ σχολῆς ηὐπόρουν, καθὰ Κικέρων φησίν [c])· ἡμεῖς δὲ (λέγω δὲ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ὁμοίων, οὐχὶ δὲ περὶ τῶν εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλακότων), τοσούτου δεόμεθα τοῦ μιμήσασθαι, ὥστε μηδ᾽ ἀποθαυμάζειν ἢ κατανοῆσαι ἱκανῶς τὸ τῶν λόγων ἔντεχνον οἷοί τ᾽ εἶναι. Μικτὸς δ᾽ ἐστὶν ὁ λόγος ἐξ

a) Aelian. Var. Hist. XIII. 11. et ibi Perizon. Morus. Philostrat. vit. Sophist. L. I. xvii. p. 506. ed. Olear. Spohn.

b) Longin. de sublimit. Sect. 4. Pseudo-Plutarch. in vita Isocratis T. IX. p. 332. ed. Reisk. Dionys. Halic. T. II. p. 30. l. 27. ed. Sylburg. Morus. Plutarchus in libello quo quaerit bellone an pace clariores fuerint Athenienses p. 350 E: *Ἰσοκράτης μικροῦ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνήλωσεν ἵνα γράφῃ τὸν Πανηγυρικὸν λόγον, οὐ στρατευσάμενος ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις οὐδὲ πρεσβεύσας οὐδὲ πόλιν κτίσας οὐδὲ ναύαρχος ἐκπεμφθείς, καίτοι μυρίους τοῦ τότε χρόνου πολέμους ἐνέγκαντος· ἀλλ᾽ ἐν ᾧ Τιμόθεος Εὔβοιαν ἠλευθέρου, καὶ Χαβρίας περὶ Νάξον ἐναυμάχει, καὶ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοπτε τὴν Λακεδαιμονίων μόραν, καὶ πᾶσαν ἐλευθερώσας πόλιν ὁ δῆμος ἰσόψηφον αὐτοῖς τὴν Ἑλλάδα κατέστησεν, οἴκοι καθῆστο βιβλίον ἀναπλάττων τοῖς ὀνόμασιν, ὅσῳ χρόνῳ τὰ προπύλαια Περικλῆς ἀνέστησε καὶ τοὺς ἑκατομπέδους.* Ubi Wyttenbachius vol. VII. p. 156. „Scriptor de X Orator. p. 837 F. *τὸν δὲ Πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ δεκαπέντε λέγουσιν.* Quinctilianus Instit. Or. X. 4. *Panegyricum Isocratis, qui parcissime, decem annis dicunt elaboratum.* Interpretes ad Aeli·ni Var. Hist. XIII. 11.“ Vid. Upton. ad Dionys. de compos. verb. p. 406. ed. Schaefer. Dind.

c) De Orat. I. c. 6. Spohn.

ἐγκωμίου καὶ συμβουλῆς [d]). Ὁρῶντι μὲν οὖν εἰς τὸ τέλος, ὅπερ Φάβιος δεῖν φησίν, ἐπὶ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος ἀνενεχθήσεται· ἣν δὲ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ πειθώμεθα, ἐσχηματισμένον Ἀθηναίων συμβουλῆς προφάσει ἐγκώμιον ὑποληψόμεθα. Τὴν δὲ ὑπόθεσιν βέλτιον ἴσως αὐτοῦ Ἰσοκράτους ἢ τοῖς ἐμαυτοῦ ῥήμασιν ἡρμηνεῦσθαι. Λέγει δ' οὖν ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως [e]) ὑπὲρ τοῦ Πανηγυρικοῦ ταῦτα· „Ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ μέλλων πρῶτος ὑμῖν „δειχθήσεσθαι κατ' ἐκείνους ἐγράφη τοὺς χρόνους, ὅτε „Λακεδαιμόνιοι μὲν ἦρχον τῶν Ἑλλήνων, ἡμεῖς δὲ τα„πεινῶς ἐπράττομεν· ἔστι δὲ τοὺς μὲν Ἕλληνας παρακα„λῶν ἐπὶ τὴν κατὰ [f]) τῶν Βαρβάρων στρατείαν, Λακε„δαιμονίοις δὲ περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητῶν. Τοιαύ„την δὲ τὴν ὑπόθεσιν ποιησάμενος, ἀποφαίνω τὴν πό„λιν ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθῶν „αἰτίαν γεγενημένην. Ἀφορισάμενος δὲ τὸν λόγον τὸν „περὶ τῶν τοιούτων εὐεργεσιῶν, καὶ βουλόμενος τὴν ἡγε„μονίαν ἔτι σαφέστερον ἀποφαίνειν, ὡς ἔστι τῆς πόλεως, „ἐνθένδε ποθὲν ἐπιχειρῶ διδάσκειν περὶ τούτων, ὡς τῇ „πόλει τιμᾶσθαι προσήκει πολὺ μᾶλλον ἐκ τῶν περὶ τὸν „πόλεμον κινδύνων ἢ τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν.“ Μετὰ ταῦθ' ὑποφέρει [g])· „Ἐνθυμήθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εἰ

d) Syrian. in Hermogen. p. 18. Cic. Orat. c. 11. Prior orationis pars (c. III — XXX.) laudes Atheniensium continet, orator autem non unice ad hoc annitebatur. Quanquam enim res gestas Atheniensium magna pars orationis celebrat et iis ius τῆς ἡγεμονίας, de qua vide c. II. extr., vindicare studet: tamen illa omnia tanta arte temperata sunt, ut nullo modo concinnitatem turbent, neque consilio, quo Graecos conciliare et contra Barbaros excitare studet (inde a c. XXXV), adversatur. Spohn.

e) Pag. 321. ed. Steph. c. 21.

f) κατὰ inseruit Wolfius e coniectura. Deest etiam in Epistol. ad Archidam. p. 766. ed. Lang. (§. 17.) ubi leguntur: παρακαλέσαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὴν τῶν Βαρβάρων στρατείαν. [Adde: de Antid. §. 77. p. 59. Or.] Simili modo in Helen. Encom. p. 211. Steph. c. 10. haec reperiuntur: παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν ᾅδου κατάβασιν, ubi Hier. Wolfius e coniectura dedit: τὴν εἰς ᾅδου κ. Cfr. Schaefer. ad Apollon. Rhod. Tom. II. p. 185. ad Sophocl. Tom. II. p. 345. et in Meletemat. Critic. I. p. 90. Spohn.

g) Ibid. p. 332. c. 22. Adde loc. orat. ad Philipp. c. 4. p. 84. et locum Panegyr. §. 3. ἥκω συμβουλεύσων περί τε τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς Βαρβάρους, καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. Spohn.

„δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ μὴ „προτρέπειν ἐπ᾽ ἀρετὴν καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως „κινδύνους, ἢ δικαίως ἂν δοῦναι δίκην ὑπὲρ τῶν εἰρημέ- „νων, ἀλλ᾽ οὐκ ἂν χάριν κομίσασθαι παρ᾽ ὑμῶν τὴν „μεγίστην, ὃς οὕτως ἐγκεκωμίακα τὴν πόλιν καὶ τοὺς „προγόνους καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρό- „νοις γεγενημένους, ὥστε τούς τε πρότερον γράψαντας „περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην ἅπαντας ἠφανικέναι τοὺς λό- „γους, αἰσχυνομένους ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αὐτοῖς, τούς „τε νῦν δοκοῦντας εἶναι δεινοὺς μὴ τολμᾶν ἔτι λέγειν περὶ „τούτων, ἀλλὰ καταμέμφεσθαι τὴν δύναμιν τὴν σφετέραν „αὐτῶν.“ Καὶ μέχρι μὲν τοσούτων Ἰσοκράτης, ὁ τὴν μὲν αὐτὴν ταύτην ὑπόθεσιν περὶ τοῦ πολεμεῖν τοῖς Βαρ- βάροις ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀναλαβών, τὴν δὲ τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἀντεξέτασιν ἐν τῷ Πανα- θηναϊκῷ διὰ πλειόνων ἐκθέμενος, ὥστε προῃρημένος φαίνεται τὸν ἀνυπέρβλητον τουτονὶ δοκοῦντα λόγον ὑπερ- βάλλειν, καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ γενέσθαι κρείττων.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ.

Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων 41 Steph.
καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν
τῶν σωμάτων εὐτυχίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν,

Vulgatam lectionem cum Bekkero dixi Corayanam, quatenus e libris manuscriptis ducta est.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ] Panegyrica inscribitur haec oratio, quod Olympiae in celebri totius Graeciae conventu (*ἐν πανηγύρει*) sive habita (ut Philostratus, nescio quam recte, tradit. Quis enim putet Isocratem Olympiae se ostentare voluisse, cum ne Athenis quidem verba facere pro concione ausus fuerit?) sive habenda fuerit. Wolf. Simili sed magis etiam peculiari nomine Gorgias Leontinus orationem suam, cui idem ac Panegyrico argumentum erat (vid. Philostratus in vit. Soph. p. 493.), appellaverat *Olympicam*. Ex qua et e Lysiae Epitaphio multa repetiisse Isocratem affirmat Pseudo-Plutarchus in vita Isocratis, p. 239. ed. Hutt. conf. Theon. Progymn. p. 8. edit. Basil. et Photius Biblioth. cod. 260.

1. Exordium, more Isocratis simplicitate conspicuum, transitum ad rem ipsam parat, c. I. II. Superbia quadam a reliquis differt, oratores, quicunque ea de re antea dixerant, spernens. sed, uti jam Augerus rectissime monuit, ita comparatum esse debuit, si quidem Isocrates post tot et toties repetita aliorum tentamina, quae nihil effecerant, animos auditorum sibi et orationi suae statim in initio conciliare voluit. Cfr. quae infra ad c. II. extr. (§. 14.) dicentur. Spohn.

1, 1. *Πολλάκις — καταστησάντων*] Hunc locum laudat Aristoteles Rhet. III. 9. p. 182. ed. Reis. Morus. Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* sect. 25. Dind. Aristoteles Rhet. III. 14. p. 197. comparat Isocratis a vituperio *τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων* et Gorgiae in oratione deperdita, quae *Ὀλυμπιακὸς λόγος* inscribebatur, a laude eorundem incipientis exordia. Spohn. Conf. Isocr. Epist. VIII. 5. p. 425. ed. Steph. *θαυμάζω δ' ὅσαι τῶν πόλεων μειζόνων δωρεῶν ἀξιοῦσι τοὺς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι κατορθοῦντας μᾶλλον ἢ τοὺς τῇ φρονήσει καὶ τῇ φιλοπονίᾳ τι τῶν χρησίμων εὑρίσκοντας.* Wolfius confert Aristot. problem. 228. *διὰ τί οἱ ἐξ ἀρχῆς τῆς μὲν κατὰ σῶμα ἀγωνίας ἆθλόν τι προὔταξαν, σοφίας δ' οὐδὲν ἔταξαν;*

1, 3. *εὐτυχίας* dedi ex auctoritate optimorum codd. Urb. et Ambr. Ceterorum lectio *εὐεξίας*, quam Ambr. margini adscriptam habet, librario deberi videtur usitatius insolentiori nomen substituenti. Sunt autem Isocrati *εὐτυχίαι* omnia fortunae munera, et animi bona, et commoda corporis, et res externae: Ingenium, de antid. §. 292. *συμφέρει ἐπί τε τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῶν λόγων, μὴ τὰς εὐτυχίας ἀλλὰ τὰς ἐπιμελείας εὐδοκιμεῖν. οἱ μὲν γὰρ φύσει καὶ*

τοῖς δ' ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἰδίᾳ πονήσασι καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οὕτω παρασκευάσασιν ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι, τούτοις δ' οὐδεμίαν τιμὴν ἀπένειμαν.
3 edit. Bekk. ὧν εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μᾶλλον ποιήσασθαι πρόνοιαν· τῶν μὲν γὰρ ἀθλητῶν δὶς τοσαύτην ῥώμην λαβόντων οὐδὲν ἂν

τύχῃ δεινοὶ γενόμενοι λέγειν κ. τ. λ. Corporis vires et velocitas, hîc et infra §. 44. Res denique externae, Hel. §. 44. c. 20. p. 216. ἠπίστατο τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας, τὴν δ' εὐγένειαν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. Conf. de big. §. 34. c. 14. p. 353. Notio fortuiti, quae inest in v. εὐτυχία, non item in εὐεξία, h. l. eo magis exprimenda fuit, quum in seqq. non in universum animi virtutes, sed eae, quae labore et industria paratae sunt, corporis viribus opponantur.

1, 4. ἰδίᾳ] Non in omnium conspectu, non in conventu et panegyri; sed domi, privato studio, cogitando, discendo, seque ad facultatem ῥητορικὴν parando. Morus. et docendo, quam vitae rationem exemplo ipse comprobavit Isocrates. Vide Lucian. Parasit. Tom. II. p. 257. Cic. Brut. c. 8. Valckenar. ad Euripid. Hippolytum p. 269. et Isocr. in orat. περὶ ἀντιδόσεως. Spohn.

1, 4. ἑαυτῶν] αὑτῶν Dind. Forma disyllaba auctore Urb. Isocrati toties est restituta, vix ut triginta quattuor trisyllabae exempla supersint, eaque partim ex aliis libris scriptis emendanda. Dind. Equidem satius duxi cum Bekkero Urbinatis auctoritatem sequi formam trisyllabam quinquagies ferme tenentis. Ne poëtae quidem Attici ea prorsus abstinuerunt.

1, 6. δ' add. Urbinas, qui eandem particulam solus servavit Areop. §. 63. c. 26. p. 152. d. et de Pace §. 125. c. 40. p. 184. d. Dind. Posteriori loco habet eam etiam Ambrosianus. De particula δὲ in apodosi posita vid. ad §. 98.

2, 2. οὐδὲν ἂν πλέον γένοιτο] *Etsi athletae bis tantum roboris consequuti fuerint; nihil tamen hoc aliis profuerit.* Πλέον γίνεταί τινι ἔκ τινος, *nascitur alicui commodum ex aliquo.* Nam πλέον in quibusdam, ut πλέον ἔχειν, πλεονεκτεῖν, et inde deductis verbis, significat *praecipui quid, commodum*, etiam iniuste partum. Morus. Cfr. Valckenar. diatrib. in Euripid. fragm. c. 14. p. 151. Matthiae Gramm. gr. p. 719. Sed notio prima omnibus significationibus huius generis subest. Ita in Antigona Sophocl. v. 268. τέλος δ', ὅτ' οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσιν πλέον, sensus subest: denique ubi quaerentes nihil amplius nacti erant (quam quod iam norant, i. e. nihil), unde fit: ubi igitur nihil commodi e quaestione instituta adepti erant, etc. Xenophon. Cyropaed. lib. V. c. 5. §. 34. Τί γὰρ ἐμοὶ πλέον, τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; οὐ γάρ τοι ἐγὼ Μήδων ἦρχον διὰ τὸ κρείττω πάντων αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τούτους ἀξιοῦν ἡμᾶς αὐτῶν πάντα βελτίονας εἶναι. Proprie ita se habet: Quid potius est et praeferendum, τὴν γῆν πλατύνεσθαι καὶ αὐτὸν ἀτιμάζεσθαι, ἢ τὴν μὲν γῆν μὴ πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ μὴ ἀτιμάζεσθαι (τιμᾶσθαι); Inde oritur hic sensus: Quid mihi oritur commodi, si aucto imperio honor minuitur? Thucydid. l. VII. c. 36: ὡς ἐκ τῆς προτέρας ναυμαχίας τι πλέον ἐνεῖδον σχήσοντες, quemadmodum didicerant e priore proelio navali se fore *meliore* conditione (si ita facerent, quam *antea* fuissent), i. e. commodum inde sibi paratum iri. Ita si nostrum locum ad vivum resecueris haec proprie edisseret: Etsi athletae (plus, imo) altero tanto plus roboris nacti fuerint, (quam antea habuerunt,)

πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις, ἑνὸς δ' ἀνδρὸς εὖ φρονήσαντος ἅπαντες ἂν ἀπολαύσειαν οἱ βουλόμενοι κοινωνεῖν τῆς ἐκεί-
3 *νου διανοίας. οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας εἱλόμην ῥᾳθυμεῖν, ἀλλ' ἱκανὸν νομίσας ἆθλον ἔσεσθαί μοι τὴν δόξαν τὴν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου γενησομένην ἥκω συμβουλεύσων περί τε τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι πολλοὶ τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον*

nemo reliquorum (civium) inde aliquid plus accipiet (iis, quae antea habuit, ὧν πρότερον εἶχεν,) i. e. nihil commodi adipiscetur. Ingenii Graecorum alacritas sensum retinens verba in hoc, uti in aliis struendi modis, in brevius contraxit, unde oritur commodi vel lucri notio, quae proprie non inest. Spohn.

2, 3. δ' ἀνδρὸς Dind. Sustuli hiatum. δὲ ἀνδρὸς Bekkeri editio, qui *„Apostrophum"* inquit p. 17. *„ubicunque posui, posui auctore Urbinate."* Ita factum est ut de centenis hiatuum exemplis octoginta circiter remanserint in undeviginti orationibus: nam Callimacheâ et Nicianâ caret Urbinas: quae non dubium est quin ipsa quoque corrigi oporteat. Dionysius Halic. de vi Demosth. cap. 4. p. 964, 1. Reisk. δι' εὐλαβείας μὲν λαμβάνει Ἰσοκράτης τὸ συγκρούσαι τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων, δι' εὐλαβείας δὲ ποιεῖται τὸ χρήσασθαί τινι τῶν τραχυνόντων. Plutarchus Moral. p. 350. E. Ἰσοκράτης ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι. Demetrius περὶ ἑρμ. Sect. 68. περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. Dind. Adde: Dionys. Halic. in iudic. de Isocr. c. 2. τῶν φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας, παραιτεῖται. Cicero Orat. c. 44. *quod quidem latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, quin vocales nolit coniungere. In quo quidem Theopompum etiam reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit, etsi idem magister eius Isocrates [fecerat].* Corrigenda autem est Dindorfii ratio ex iis quae docuimus Excursu XI. in edit. Brem. Scilicet hiatum tam diligenter vitavit Isocrates in iis dumtaxat orationibus quae πρὸς ἐπίδειξιν, ad voluptatem aurium non ad iudiciorum certamen, scriptae sunt, et in epistolis, neque etiam in illis ab omnibus hiatus generibus abstinuit. In hac editione apostrophum contra libros manuscriptos induxi tantummodo in voculis δὲ et τε, in quibus ε sexcenties eliditur.

2, 4. ἀπολαύσειαν] *Fructum capere e sapientia alterius.* Contra Hom. Il. I. 410. ἐπαύρεσθαι βασιλῆος, *detrimentum accipere ex regis perversitate.* Morus.

3, 6. σοφιστῶν] Sophistae proprie ἀπὸ τοῦ σοφίζειν dicti sunt *magistri*, *doctores*, ut Isocr. contra Soph. in. οἱ παιδεύειν ἐπιχειροῦντες. et §. 7. c. 4. p. 292. τὴν σοφίαν διδάσκοντες. Inprimis ita nominati sunt, qui artem disserendi tradiderunt, eamque duplicem, vel de capite aliquo doctrinae in scholis (Cic. Fin. II. 1.), vel de re publica: quod discrimen apertum est ex oratione contra Soph. l. c. οὐ μόνον τούτοις, qui doctrinam omnem complectuntur, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις. Sunt ergo hoc loco et c. 23. item Thuc. III. 38. extr. σοφισταὶ *oratores*, (σοφισταὶ λόγων dicuntur ap. Plutarch. in Lycurg. c. 9.) ut de Pace fin. οἱ φιλόσοφοι sunt δημαγωγοί, aut sal-

4 ὥρμησαν, ἀλλ᾽ ἅμα μὲν ἐλπίζων τοσοῦτον διοίσειν ὥστε τοῖς 12
ἄλλοις μηδὲν πώποτε δοκεῖν εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν, ἅμα δὲ
προκρίνας τούτους καλλίστους εἶναι τῶν λόγων, οἵτινες περὶ
μεγίστων τυγχάνουσιν ὄντες καὶ τούς τε λέγοντας μάλιστ᾽
ἐπιδεικνύουσι καὶ τοὺς ἀκούοντας πλεῖστ᾽ ὠφελοῦσιν· ὧν
5 εἷς οὗτός ἐστιν. ἔπειτ᾽ οὐδ᾽ οἱ καιροί πω παρεληλύθα-
σιν ὥστ᾽ ἤδη μάτην εἶναι τὸ μεμνῆσθαι περὶ τούτων.
τότε γὰρ χρὴ παύεσθαι λέγοντας, ὅταν ἢ τὰ πράγματα

tem, qui dicunt de republica. Plutarchus in Isocrate et Longinus Sect. 4. hunc ipsum Isocratem accensent Sophistis [Cic. Orat. c. 11. inquit: *qualem Isocrates fecit Panegyricum, multique alii qui sunt nominati Sophistae.* Sp.]. Diod. Sic. l. XII. p. 514. ed. Wessel. τὴν σοφιστείαν *eloquentiae facultatem et laudem* dixit. V. Suidas in h. v. et Intt. Hesychii. Morus. Sophistae versabantur tum in scribendis orationibus vel declamationibus, tum in docenda eloquentia; neque *oratores* erant sed *rhetores*. Itaque Isocrates ipse Sophistis se annumeravit de antid. §. 155—157. et alibi. Conf. ad §. 82. Ceterum hic innui videtur praeter alios Gorgias. Vide quae ad inscriptionem huius orat. notata sunt.

4, 1. διοίσειν Urb. διοίσειν αὐτῶν Ambr. αὐτῶν διοίσειν Vulg.

4, 1. τοῖς ἄλλοις μηδὲν πώποτε] πώποτε μηδὲν τοῖς ἄλλοις Urb. Ambr.

4, 3. προκρίνας] Pro simplici κρίνας. Panath. §. 114. c. 44. p. 256. πολὺ σπουδαιοτέραν τὴν ἀρχὴν προκρίναντες, ubi synonymum νομίζοντες, i. e. κρίνοντες. Xenoph. Apol. Socr. §. 21. προκρίνομαι εἶναι βέλτιστος. Idem Cyrop. II. 3, 5. πᾶσι τοῦτο προκέκριται κάλλιστον εἶναι. Morus. Non pro simplici κρίνας ponitur, sed quando aliquid cum aliquo comparatur, et ei praefertur, etiamsi tacite id fiat et illud cui praefertur reticeatur. Spohn. Exemplis a Moro allatis addantur Isocr. de antid. §. 250. προκρίναιεν ἂν τὴν ψυχὴν σπουδαιοτέραν εἶναι τοῦ σώματος. et Philipp. §. 113. c. 47. p. 105. παρακαλῶν ἐπὶ τοιαύτας πράξεις ἃς ἐπὶ τῶν ἔργων οἱ πρόγονοί σου φαίνονται *καλλίστας* (sic enim scribendum videtur pro librorum lectione κάλλιστα) προκρίναντες. In his et similibus, ut augeretur praestantiae notio, duae locutiones idem significantes in unam confusae sunt, προκρίνω τοῦτο, et νομίζω τοῦτο κάλλιον, vel κάλλιστον, εἶναι, quae singulae deinceps leguntur Panath. §. 204. c. 82. p. 275. ποῖα τῶν ἐπιτηδευμάτων κάλλιστα νομίζουσιν εἶναι, mox: οὐδεὶς ὅστις οὐ τῶν ἐπιτηδευμάτων προκρινεῖ τὴν εὐσέβειαν κ. τ. λ. Ex eodem genere etiam haec sunt: ἐξ ἁπασῶν προκρίνας τὴν ἐκεῖ πολὺ διαφέρειν οἴκησιν Busir. §. 11. c. 6. p. 223. τίς οὐκ ἂν πρὸς ἀμφότερα ταῦτα διαφέρειν ἐκεῖνον προκρίνειεν; de Antid. §. 120. περὶ τὴν παιδείαν ἅπαντες ἂν ἡμᾶς πρωτεύειν προκρίνειαν. de Antid. §. 302.

5, 2. μάτην εἶναι] Sunt quaedam adverbia quae sicut nomina praedicati loco ponuntur. Sic ἐγγὺς — ὄντες infra §. 12. τοὺς ἐμποδὼν ὄντας §. 20. πόῤῥω - ἐστιν §. 16. Conf. Archid. §. 42. ἀρχαῖα καὶ πόῤῥω, *antiqua et remota*, ubi adverbium adiectivi vice fungi manifestum est. Huc tamen non pertinent quae leguntur §. 176. μάτην ἐν ταῖς στήλαις ἐστὶν, quippe quo loco ἐστὶν est i. q. γέγραπται. Conf. Matthiae Gr. §. 309. c. Bernhardy Syntax p. 338.

5, 2. τούτων Urb. Ambr. αὐτῶν Vulg.

5, 3. λέγοντας, quod vitandi hiatus causa Hieron. Wolfius in ca-

λάβῃ τέλος καὶ μηκέτι δέῃ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἢ
τὸν λόγον ἴδῃ τις ἔχοντα πέρας ὥστε μηδεμίαν λελεῖφθαι
6 τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν. ἕως δ' ἂν τὰ μὲν ὁμοίως ὥσπερ
πρότερον φέρηται, τὰ δ' εἰρημένα φαύλως ἔχοντα τυγχάνῃ,
πῶς οὐ χρὴ σκοπεῖν καὶ φιλοσοφεῖν τοῦτον τὸν λόγον,
ὃς ἢν κατορθωθῇ καὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους
καὶ τῆς ταραχῆς τῆς παρούσης καὶ τῶν μεγίστων κακῶν
7 ἡμᾶς ἀπαλλάξει; Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μηδαμῶς
ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις ἀλλ' ἢ
διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν ὡς περίεργόν

stigatt. proposuerat, confirmarunt Urb. et Ambr. recepit Bekk. Vulgo legebatur λέγοντα.

5, 4. αὐτῶν] αὐτὸν pr. Urb.

5, 5. ἔχοντα πέρας] Orat. ad Philipp. c. 60: ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ταῦτα πέρας ἕξειν· οὐδένα γὰρ ἄλλον ποτὲ δυνήσεσθαι μείζω πρᾶξαι τούτων. Spohn. (Ad quem locum Scholiastes: ἤγουν, τέλος εἶναι τῶν καλῶν καὶ μὴ ἔχειν πλέον τούτων.) Haec locutio male intellecta induxit Taylorum ut in orat. Lycurgi contra Leocr. §. 60. p. 155. Steph. locum tentaret sanissimum, περὶ τὰς πόλεις συμβαίνει πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν ὅταν ἀνάστατοι γένωνται, ubi scripsit εὐτυχίαν.

6, 1. ὁμοίως ὥσπερ πρότερον φέρηται] *Dum res eodem modo, ut antea, currunt.* Xenoph. Hellen. III. 4, 25. τὰ πράγματα φέρεται κακῶς. Thuc. II. 60. ἀνὴρ καλῶς φερόμενος, rebus secundis utens. Morus. Isocr. Archid. p. 120. b. ἄμεινον τῶν ἄλλων ἐφέρεσθε, ubi sequitur synonymon βέλτιον πράττειν.

6, 2. φαύλως ἔχοντα] *Non idonea ad persuadendum*, ut Xen. Symp. III. 7. φαῦλος φανοῦμαι, parum idoneus ad emendandos homines: apud Thucyd. IV. 115. φαῦλον τείχισμα, parum idoneum s. firmum ad defendendum. Morus. Xenoph. Memor. Socr. IV. 13. de Venat. III. 7. Thucyd. IV. 9. et multi alii loci addi possent, si necessarium esset. Φαῦλον enim non solum dicitur, quodcunque est parvi pretii, nullius momenti etc; sed quodcunque non tali est conditione, qua esse debet. Spohn.

6, 3. φιλοσοφεῖν est omnino in cogitatione et tractatione alicuius rei versari, praesertim subtilius et certa via. Isocr. de permut. §. 45. c. 18. p. 319. φιλοσοφεῖν περὶ τοὺς ποιητάς, tractare poetas, legendo, interpretando. Contra Soph. §. 14. c. 8. p. 294. οἱ φιλοσοφήσαντες, qui literas, praesertim artem disserendi didicerunt, οἱ συγγενόμενοι τοῖς σοφισταῖς. Plutarchus in Isocr.: ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν (ad cogitandum) καὶ γράφειν ἐτράπετο, quod est e Panath. §. 11. c. 5. p. 235. Alio Panath. loco §. 236. c. 93. p. 282. est, *rem diiudicare*, examinare secundum praecepta. V. infra not. §. 10. Ergo est φιλοσοφεῖν λόγον, *versari in commentatione orationis*, tractare, scribere orationem. Morus. Immo *meditari;* significat enim contentionem mentis. Iunguntur ab Isocrate φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν infra §. 186. Evag. §. 78. c. 32. p. 207. Panath. §. 11. c. 5. p. 235. πονεῖν καὶ φιλοσοφεῖν καὶ πάντα πράττειν de Antid. §. 285. φιλοσοφεῖν καὶ πράττειν ibid. §. 121. φιλοσοφεῖν καὶ σκέπτεσθαι de Pace §. 116. c. 38. p. 182. ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν Epist. VII. 3. et e vulgata lectione Epist. VI. 13.

6, 5. Alterum τῆς om. Urb.

7, 3. διὰ μιᾶς ἰδέας] *Uno eodemque modo.* Sequitur synonymum,

ἔστι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις λέγοντα πάλιν ἐνοχλεῖν
τοῖς ἀκούουσιν· ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι
8 *τὴν φύσιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολ-*
λαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποι-
ῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι, καὶ τά τε πα-
λαιὰ καινῶς διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων
ἀρχαίως εἰπεῖν, οὐκέτι φευκτέον ταῦτ' ἐστὶ περὶ ὧν

τὸν αὐτὸν τρόπον, ut de permut. §. 45 sq. c. 18. p. 319. *αἱ ἰδέαι* et *οἱ τρόποι τῶν λόγων* promiscue dicuntur: qui locus omnino conferendus est. Significat igitur *ἡ ἰδέα τῶν λόγων modum*, *formam*, (Cic. Orat. c. 11.), *habitum*, *genus orationum*, in modo et tractandi, et eloquendi. Encom. Helen. §. 11 c. 6. p. 210. *διὰ πολλῶν ἰδεῶν*, ita ut attendas varia genera scriptionum. Busir. §. 33. c. 13. p. 227. *ἡ ἰδέα ὅλη, δι' ἧς εὐλογεῖν δεῖ*, universa forma et modus orationis, quo quis in laudando uti debet. Contra Soph. §. 16 c. 9. p. 294. *αἱ ἰδέαι, ἐξ ὧν τοὺς λόγους συντίθεμεν*, varia genera dicendi, e quibus orationem componimus. De permut. § 11. c. 5. p. 312. Epist. ad Iasonis liberos §. 8. p. 419. inventis argumentis et partibus, *ζητητέον τὰς ἰδέας*, quaerendus est modus et forma orationis, eloquutio et tractatio. Sed Panath. init. sunt *figurae orationis*, ubi et exempla ponuntur. Morus.

7, 5. *ἐπειδὴ — ἀρχαίως εἰπεῖν*] Hunc locum cum aliqua varietate Longinus de Sublim. sect. 38, 2. repetiit [*ἔπειθ' οἱ λόγοι τοσαύτην ἔχουσι δύναμιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως διελθεῖν*], indicavitque hanc vitiosam hyperbolen, quae dicturo fidem non conciliaret. Et tamen Isocrates, auctore Plutarcho in eius vita, in hac re vim eloquentiae posuit. Morus.

7, 5. *τοιαύτην*] *ταύτην* Urb.

8, 1. *ὥσθ' οἷόν τ'*] *ὡς οἷόν τ'* pr. Urb. *ὥστε δυνατὸν* Vict.

8, 1. *τῶν αὐτῶν*] *τὸν αὐτὸν* Urb.

8, 3. *περιθεῖναι* Urb. Ambr. Vict. *προσθεῖναι* Vulg. Similiter *περιτιθείσαις* restitutum est ex Urb. pro Vulg. *προστιθείσαις* Panath. §. 145. c. 58. p. 263. Aristot. Rhet. I. c. 9. p. 50. *ἡ αὔξησις ἐπιτηδειοτάτη τοῖς ἐπιδεικτικοῖς. τὰς γὰρ πράξεις ὁμολογουμένας λαμβάνουσιν. ὥστε λοιπὸν, μέγεθος περιθεῖναι καὶ κάλλος.*

8, 3. *καὶ τά τε παλαιὰ* Dind. Legebatur *καὶ τὰ παλαιά*. Harpocratio in *ἀρχαίως* scripsit *τά τε παλαιά*. Ergo *καὶ τά τε* reponendum fuit, ut modo dixit *καὶ τά τε μεγάλα — καὶ —*. Ita enim solet Isocrates *μονονοὺ κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνειν καὶ ῥυθμίζειν*: quae sunt Plutarchi verba Moral. p. 350. d. Dind.

8, 4. *διελθεῖν* Urb. Ambr. Harpocr. *διεξελθεῖν* Vulg. *διελθεῖν* pro *διεξελθεῖν* auctore Urb. editum in Panath. §. 252. c. 98. p. 285. e. Dind.

8, 4. *περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων* (*γενομένων* Harpocr.) *ἀρχαίως εἰπεῖν*] Sententiam inanem ineptum peperit oppositarum sententiarum studium iam ab veteribus in Isocrate reprehensum. Et hunc quidem locum risisse scriptorem ignotum in epistolis Socraticis p. 37. Orell. (*ὁ τὰ παλαιὰ καινῶς καὶ τὰ καινὰ παλαιῶς ἐπαγγελλόμενος διδάσκειν*) Allatius vidit. Interpretando magistri verba adiuvisse Ephorum ab Harpocratione traditum est in *ἀρχαίως*: *ἔνιοι μέν φασι σημαίνειν ἀρχαιοτρόπως, τουτέστιν ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι. Ἔφορος δ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν*

ἕτεροι πρότερον εἰρήκασιν, ἀλλ' ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν ϑπειρατέον. αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημέναι κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφϑησαν, τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασϑαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνϑυμηϑῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαϑέσϑαι τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν. ἡγοῦμαι δ' οὕτως ἂν μεγίστην ἐπίδοσιν λαμβάνειν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας καὶ τὴν περὶ τοὺς λόγους

ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο. φησὶ περὶ τῶν ἀρχαίων πραγμάτων τοὺς νεωτέρους διεξέρχεσϑαι· „περὶ μὲν γὰρ τῶν καϑ' ἡμᾶς γεγενημένων" φησὶ „τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεϑα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιϑανωτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἁπάσας οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσϑαι διὰ τοσούτων." Ad eundem Ephori locum spectant Harpocratio in καινῶς et Suidas Photiusque. Dind. Hunc locum ita explicandum esse puto: „Quum autem orationis indoles et natura ea sit, ut eadem minime eodem modo repeti debeant, sed variis modis et formis possint proponi, et res magnae minui et deprimi, contra parvae efferri, augeri et amplificari; iam dudum gestae, a multis igitur iam cognitae et celebratae, nova forma et recens gestarum colore ornari, recens gestae, novae necdum auditae, quadam antiquitatis nota commendari queant, ut illae specie novarum animos alliciant et oblectent, hae vero, dum rebus priscis, et rationibus prius usitatis componantur et conferantur, speciem conditionis haud insolitae prae se ferentes in auditorum animos sese insinuent": et q. s. Spohn. Eodem modo, quo Isocrates, de vi eloquentiae iudicavit etiam Gorgias, teste Aristotele apud Ciceronem in Bruto c. 12. *quod indicaret hoc oratoris maxime esse proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus deprimere.* Demetrius π. ἑρμηνείας §. 120. τινές φασι δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλα λέγειν καὶ σημεῖον τοῦτο ἡγοῦνται ὑπερβαλλούσης δυνάμεως. Conf. Quintil. Instit. orator. X. 5, 11. *illud virtutis indicium est, fundere quae natura contracta sunt, augere parva.* Plinius in praefat. ad hist. nat. §. 6: *Res ardua vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam.*

9, 3. τὰ προσήκοντα — διαϑέσϑαι] His verbis omne oratoris officium complectitur Isocrates. Scilicet „tria" ut ait Cicero in Orat. c. 14. „videnda sunt oratori, quid dicat (*inventio*), et quo quidque loco (*dispositio*), et quomodo (*elocutio*)." τὰ προσήκοντα ἐνϑυμηϑῆναι autem est excogitare vel *invenire* quae ad rem, quae tractatur, probandam auditoribus valeant; τὰ ἐνϑυμηϑέντα τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαϑέσϑαι, sententias, i. e. argumenta et rationes, apte *disponere* et ornate *verbis exprimere.* Arist. rhet. III. c. 1. p. 161. τὸ μὲν πρῶτον ἐζητήϑη κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιϑανόν (i. e. τὰ ἐνϑυμήματα). δεύτερον δέ, τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαϑέσϑαι. Ut apud Latinos *sententiis* opponuntur *verba* (vid. in primis Cic. de Orat. III. 52.), sic a Graecis τοῖς ἐνϑυμήμασι τὰ ὀνόματα sive ἡ λέξις. Conf. Evag. §. 10. c. 3. p. 190. adv. Soph. §. 16. c. 9. p. 294. d. de Antid. §. 47. c. 18. p. 319.

10, 1. ἂν — λαμβάνειν] De particula ἂν infinitivis iuncta accuratissime egit Matthiae Gr. Gr. §. 598.

10, 2. τὴν περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφίαν] Auctore Cicerone de Or. III. 16. ante Socratem omnis

φιλοσοφίαν, εἴ τις θαυμάζοι καὶ τιμῴη μὴ τοὺς πρώ-
τους τῶν ἔργων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄρισθ᾽ ἕκαστον
αὐτῶν ἐξεργαζομένους, μηδὲ τοὺς περὶ τούτων ζητοῦντας 43
λέγειν περὶ ὧν μηδεὶς πρότερον εἴρηκεν, ἀλλὰ τοὺς οὕτως
ἐπισταμένους εἰπεῖν ὡς οὐδεὶς ἂν ἄλλος δύναιτο.

11 Καίτοι τινὲς ἐπιτιμῶσι τῶν λόγων τοῖς ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας 2

rerum optimarum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominata est: et docet tractatio veterum scriptorum, omnibus disciplinis hoc nomen commune fuisse. Sic enim Panath. §. 19. c. 8. p. 237. a. *αἱ φιλοσοφίαι καὶ αἱ παιδεῖαι τῶν ἄλλων, disciplinae, quas alii coluerunt*, doctrina aliorum cuiusvis generis. Hesychius in *φιλόσοφος* etiam musicos sic appellatos esse tradit. V. Ruhnken. ad h. l. et Ernesti de philosophia vitae. Ergo etiam hoc loco *ἡ περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφία* erit *eloquentia*, eloquentiae studium, aut ars disserendi, ut Evag. §. 8. c. 3. p. 190. *οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες, oratores*, quos paullo post appellat *τοὺς περὶ τοὺς λόγους: (οἱ:)* orat. ad Phil. §. 84. c. 35. p. 99. *οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες, oratores*; ep. ad Ias. lib. §. 8. p. 419. *οἱ διατρίβοντες περὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἡμετέραν*, aemulantes studia mea, i. e. eloquentiam. In Soph. §. 11. c. 6. p. 293. suam et rhetorum artem *φιλοσοφίαν* nominat: Panath. §. 9. c. 4. p. 234. *ἡ φιλοσοφία, ἣν προειλόμην, genus doctrinae, quod sequutus sum*, cf. init. orat. de permut. Busir. in. et Dion. Hal. in Isocr. p. 94. v. 30. *οἱ χρηματιζόμενοι ἐκ τῆς φιλοσοφίας, qui literis, praesertim eloquentia tradenda, victum quaerunt.* Causa nominis est apud Dion. Hal. p. 98. v. 45. *ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου* (loquitur de eloquentia) *προέστησαν*, qui eam subtiliter tractarunt, artem effecerunt: ut Isocrates de permut. §. 48. c. 18. p. 319 sq. *ἐκ φιλοσοφίας τὴν δύναμιν τῶν λόγων εἰλήφασι*, cogitando discendoque, praeceptis subtilius cognoscendis, *θεωρητικῶς*, facultatem dicendi sibi pararunt, non mero usu, *πρακτικῶς*. Morus. Cfr. *Wielandii* observat. in Mus. Attic. Tom. I. P. I. p. 74. Spohn.

10, 3. *θαυμάζοι καὶ τιμῴη* Urb. Ambr. *τιμῴη καὶ θαυμάζοι* Vulg. in quo ordine consentiunt omnes Philip. §. 140. c. 60. p. 110. et de Big. §. 31. c. 13. p. 353.

10, 4. *ἔργων* Urb. Ambr. *λόγων* Vulg.

10, 4. *ἄρισθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν* Urb. Ambr. *ἄριστα αὐτῶν ἕκαστον* Vulg.

10, 5. *ζητοῦντας* Urb. Ambr. Vict. *ζητοῦντάς τι* Vulg.

11, 1. *τοῖς ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχουσι*] *quae superant intelligentiam et vires indoctorum, alienorum a facultate dicendi, quae vulgi captum excedunt.* Rarior syntaxis, *ὑπερέχειν* accusativo iungens. V. Henr. Steph. Thes. L. G. Tmesis verbi *ὑπερέχειν*, in oratione Attici scriptoris metro soluta, defendi poterit exemplo Xenoph. Symp. VIII, 17. *παρά τι ποιεῖσθαι.* V. Bachium. Cf. ad Xen. Hellen. I. 4. 2. Morus. Exempla tmeseos in Herodoto satis frequentia sunt; apud Atticos scriptores non tam rara esse, quam Matthiae Gr. gr. §. 594. censet, docent Schaeferus ad Long. p. 417 sqq. Koën. ad Gregor. Cor. p. 449. ed. Schaef. Boissonad. ibid. Schaefer. in Meletem. critic. p. 68. not. 7. et quos ibi laudat. Spohn. Neque tmesis in hoc loco est, neque etiam *ἔχειν ὑπέρ τινα* idem est atque *ὑπερέχειν τινὰ*, quod Matthiaeo videtur l. l. Sed verbo *ἔχειν* hic pro adverbio additur praepositio cum casu suo, *τοῖς ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας οὖσιν, τοῖς μὴ ἰδιωτικῶς ἔχουσιν*, ut iam Coray recte locum interpretatus est. Eadem enim ratio

ἔχουσι καὶ λίαν ἀπηκριβωμένοις, καὶ τοσοῦτον διημαρ-
τήκασιν, ὥστε τοὺς πρὸς ὑπερβολὴν πεποιημένους πρὸς
τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων σκοποῦσιν,
ὥσπερ ὁμοίως δέον ἀμφοτέρους ἔχειν, ἀλλ᾽ οὐ τοὺς μὲν
ἀσφαλῶς, τοὺς δ᾽ ἐπιδεικτικῶς, ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας
τὰς μετριότητας, τὸν δ᾽ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν ἁπλῶς
12 *οὐκ ἂν δυνάμενον εἰπεῖν. οὗτοι μὲν οὖν οὐ λελήθασιν*

est quae horum: *κατὰ τρόπον* (i. q. *καλῶς*) *ἔχειν* Areop. §. 79. c. 36. p. 156. et *τὸν αὐτὸν τρόπον* (i. q. *οὕτως*) *ἔχειν* Cypr. §. 56. c. 13. p. 38.

11, 2. *ἀπηκριβωμένοις*] *Diligentissime scriptae orationes.* Euryphamus de vita (apud Galeum opusc. myth. p. 666.): *ἐξηκριβωμένα λύρα*, diligenter fabricata. Timaeus Locr. (p. 546. ib.) *τὸ γεννώμενον ἀπακριβωθὲν*, res creata, diligentissime expressa secundum divinae mentis ideam, quod p. 556. *παντελῶς ἀπειργασμένον* dixit. Xen. Memor. III. 10, 15. *ἀκριβὴς θώραξ*, aptus corpori, concinnus, quia diligenter factus est. Panath. §. 28. c. 10. p. 238. *ἀπηκριβωμένοι ἐπὶ τοῖς μαθήμασι*, qui literas summa cum cura tractarunt. [Item de antid. §. 264.] Busir. in. *μᾶλλον ἀπηκριβωμένοι*, diligentiores ceteris in re tractanda, ideoque doctiores. Morus. De antid. §. 190. *ἡ ἀπηκριβωμένη πειδεία* opponitur *τῇ ἐπιπολαίῳ καὶ πᾶσι κοινῇ*, accurata adumbratae. Iacobsio (ad h. l.) *λόγοι λίαν ἀπηκριβωμένοι* videntur ab obtrectatoribus ii vocari, in quibus Plutarchus T. II. p. 802. E. *σοφιστικὴν περιεργίαν* et *περιόδους πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμένας* reprehendit.

11, 3. *πεποιημένους*] Sic unus Ambrosianus; ceteri et scripti et editi *πεπονημένους*, quod ferri nequit. *Πονέω* enim ab Isocrate nonnisi intransitive usurpatur, formaque passiva nusquam apud eum legitur; *ποιέω* vero, quod *carminum pangendorum* proprium est, apte transferri poterat ad illos *λόγους*, *οὓς ἅπαντες ἂν φήσαιεν ὁμοιοτέρους εἶναι τοῖς μετὰ μουσικῆς καὶ ῥυθμῶν π ε π ο ι η μ έ ν ο ι ς ἢ τοῖς ἐν δικαστηρίῳ λεγομένοις*, de antid. §. 46. c. 18. p. 319. Conf. ibid. §. 47. *τὰ ἐν τοῖς μέτροις π ε π ο ι η μ έ ν α.* Nic. §. 44. c. 12. p. 23. *τὰ οὕτω τεχνικῶς π ε π ο ι η μ έ ν α.*

11, 4. *σκοποῦσιν*] *σκοπεῖν τι πρὸς ἄλλο τι* aliquid ad alius rei rationes examinare, aliquid cum alia re comparare; ita Aeginet. §. 48. c. 22. p. 394. Caeterum cfr. or. de permutat. c. XVII. sq. §. 42 sqq. p. 319. Spohn.

11, 5. *δέον ἀμφοτέρους* Urb. Ambr. *ἀμφ. δέον* Vulg.

11, 5. *τοὺς μὲν ἀσφαλῶς τοὺς δ᾽ ἐπιδεικτικῶς*] Similis sententia est in Demosthenis Erotico (p. 1401): *τοῖς μὲν λεκτικοῖς τῶν λόγων ἁπλῶς καὶ ὁμοίως οἷς ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμά τις εἴποι πρέπει γεγράφθαι, τοῖς δ᾽ εἰς τὸν πλείω χρόνον τεθησομένοις ποιητικῶς καὶ περιττῶς ἁρμόττει συγκεῖσθαι· τοὺς μὲν γὰρ πιθανούς, τοὺς δὲ ἐπιδεικτικοὺς εἶναι προσήκει.* W.

11, 6. *σφᾶς μὲν διορῶντας*] Accusativus absolutus. Vid. ad §. 53.

11, 7. *τὰς μετριότητας*] Si quis medium teneat inter nimium orationis ornatum, qui obiici solebat generi *ἐπιδεικτικῷ*, et nimiam tenuitatem. Thuc. II. 35. *μετρίως εἰπεῖν*, medium tenere dicendo, nec nimis, nec parum laudare, ut *μετρίως ἐπαινεῖν*, Panath. §. 146. c. 58. p. 263. Morus.

11, 8. *οὐκ ἂν* Urb. Ambr. *οὐκ ἂν μὴ* Vulg.

12, 1. *οὐ λελήθασιν*] *Non obscurum est, palam est, ab his eos laudari, quos assequi facile possunt et aequare.* Morus. Sallustius in

ὅτι τούτους ἐπαινοῦσιν ὧν ἐγγὺς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες. ἐμοὶ δ' οὐδὲν πρὸς τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἐστὶ τοὺς οὐδὲν ἀποδεξομένους τῶν εἰκῇ λεγομένων, ἀλλὰ δυσχερανοῦντας καὶ ζητήσοντας ἰδεῖν τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἐμοῖς οἷον παρὰ τοῖς ἄλλοις οὐχ εὑρήσουσιν. πρὸς οὓς ἔτι μικρὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ θρασυνάμενος, ἤδη περὶ τοῦ
13 πράγματος ποιήσομαι τοὺς λόγους. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ καταπραΰνοντας τοὺς ἀκροατὰς, καὶ προφασιζομένους ὑπὲρ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, καὶ λέγοντας τοὺς μὲν ὡς ἐξ ὑπογυίου γέγονεν αὐτοῖς ἡ παρασκευὴ, τοὺς δ' ὡς χαλεπόν ἐστιν ἴσους τοὺς λόγους

prooemio (Catil. 3, 2.): *quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit.* W. Confer Thucyd. II. 35.

12, 3. ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἐστὶ Urb. Ambr. ἐστὶν ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους Vulg.

12, 3. ἐκείνους] Servant Graeci, secus ac Latina consuetudo patitur, demonstrativa pronomina ante participia §. 21. τούτους τιμᾶσθαι, τοὺς ὄντας, Panath. init. περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην, τοὺς συμβουλεύοντας. [conf. Philip. §. 5. c. 2. p. 83.] C. 9. §. 36. pronomen postponitur, εἰς τὴν χώραν ἀφορισθεῖσαν, εἰς ταύτην ἰέναι. §. 67. ἵν' οἱ κοινωνήσαντες οὗτοι ἀπολαύσωσι. de pace §. 35. c. 12. p. 166. τὸ ὠφελοῦν τοῦτο προαιρεῖσθαι χρή. [Philip. §. 48. c. 19. p. 91.] Lycurg. in Leocr. c. 10. τὸν περιῃρημένον τοῦτον ἐᾶσαι. c. 19. τὴν εὔκλειαν συνειλεγμένην ταύτην περιορᾶν καταλυομένην. Morus. Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 472. 2.

12, 4. τῶν εἰκῇ Urb. Ambr. εἰκῇ τῶν Vulg.

12, 6. οἷον Urb. Ambr. λόγοις οἷον Vict. λόγοις ὃ Vulg.

13, 3. ῥηθήσεσθαι] Buttmannus in Gr. Gr. vol. II. p. 122. hanc futuri passivi formam apud scriptores Atticos rariorem esse affirmavit et pro ea in usu fuisse futurum tertium εἰρήσομαι. Illius autem unum exemplum attulit, ex Isocr. Philip. §. 1. ubi est ῥηθησομένου. Sed satis frequens est, et apud Isocratem quidem in participio et infinitivo sola reperitur. Vid. de Pace §. 63. §. 73. Philip. §. 4. §. 16. §. 140. Panath. §. 6. §. 24. §. 56. §. 258. de Antid. §. 55. §. 240. Epist. I. §. 10. Contra in indicativo nonnisi εἰρήσομαι legitur. Optativi vero neutrius formae exemplum habeo. Matthiae futuri primi pass. ne mentionem quidem fecit.

13, 4. ὡς — παρασκευή] *Se parum temporis tribuere commentandae orationi potuisse.* Morus. Hoc ipsum praetextum eloquentiae studiosis suadet Hermogenes p. 184. ἐν τῇ δικανικῇ, κἂν ἐσκεμμένος (*meditatus*) ἥκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν (*ex tempore*) λέγειν. ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ παλαιοί· γράφοντες γὰρ πάντες ὑποκρίνονται σχεδιάζειν κ. τ. λ. Conf. Lysiae Epitaph. initium.

13, 4. ὑπογυίου] ὑπογύου Ambr. In Plat. §. 17. c. 9. p. 299. eandem formam praebet. Urb. ὑπογυώτατον. Sed ceteris locis omnes libri in diphthongo consentiunt.

13, 5. ἴσους — ἐξευρεῖν] Celebris sententia. Archid. §. 100. τοὺς ἐπαίνους ἐξισῶσαι ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς. Sallust. Cat. 2. *facta dictis sunt exaequanda*, ubi cf. Corte. Bremi.

13, 5. τοὺς λόγους τῷ μεγέθει Urb. Ambr. Vict. τῷ μεγέθει λό-

14 τῷ μεγέθει τῶν ἔργων ἐξευρεῖν· ἐγὼ δ' ἢν μὴ καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἴπω καὶ τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ χρόνου, μὴ μόνον τοῦ περὶ τὸν λόγον ἡμῖν διατριφθέντος, ἀλλὰ καὶ σύμπαντος οὗ βεβίωκα, παρακελεύομαι μηδεμίαν μοι συγγνώμην ἔχειν, ἀλλὰ καταγελᾶν καὶ καταφρονεῖν· οὐδὲν γὰρ ὅ τι τῶν τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι πάσχειν, εἴπερ [τῶν ἄλλων] μηδὲν διαφέρων οὕτω μεγάλας ποιοῦμαι τὰς ὑποσχέσεις. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἰδίων ταῦτά μοι προειρήσθω.

15 Περὶ δὲ τῶν κοινῶν, ὅσοι μὲν εὐθὺς ἐπελθόντες διδάσκουσιν ὡς χρὴ διαλυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς

γους Vulg. Initium corruptelae ostendit lectio codicis Scaph. τοὺς τῷ μεγέθει λόγους.

14, 1. ἐγὼ δ' — καταφρονεῖν] Ad haec respexit Isocrates in Philip. §. 84. c. 35. p. 99. a.

14, 3. τοῦ περὶ τὸν λόγον ἡμῖν διατριφθέντος] Vide argumentum Wolfii.

14. 5. μοι om. Ambr. Vict. Scaph. et abesse poterat, sicut de Antid. §. 9. c. 5. p. 312. χρὴ συγγνώμην ἔχειν, ἢν μαλακώτερος ὢν (ὁ λόγος) φαίνηται. Ibid. §. 179. ἀξιῶ δ' ὑμᾶς, ἢν ἄρα φαίνωμαι λόγους διεξιὼν - ἐξηλλαγμένους, μὴ δυσχεραίνειν ἀλλ' ἔχειν συγγνώμην.

14, 7. πάσχειν Urb. Ambr. μὴ πάσχειν Vulg. παρασχεῖν a pr. m. Urb. Deleverat negationem iam Hier. Wolfius.

14, 7. τῶν ἄλλων μηδὲν Ambr. Vict. μηδὲν τῶν ἄλλων Vulg. Bekk. τῶν ἄλλων om. pr. Urb. quam ob rem et propter varium in codd. ordinem verborum uncis inclusi.

14, 7. οὕτω μεγάλας κ. τ. λ.] Dissensus, qui iam quadraginta fere annos rebus Graecorum publicis funestissima quaeque progenuerat, et consensus, qui non modo damnum inde contractum resarcire, verum etiam maxima commoda parere posset; iam diu satis multos exercuerat oratores (vid. §. 4. et §. 8.). Omnes autem in eo peccaverant, quod rem parum recte aggressi erant neque medium ferierant; nam multi quidem fuerant in suadendo consensu et bello Barbaris inferendo; sed rem primariam non tetigerant, quae consensum prohibuit, superbiam dico Lacedaemoniorum, qua τὴν ἡγεμονίαν poscebant (vid. verba sequ. et cap. III. init.). Quod quum neglexissent, Isocrates autem recte animadvertisset, inde incipiendum esse et hanc difficultatem removendam, priusquam de consensu et bello cogitari posset, confidenter affirmare potuit, reliquos, quotquot fuerint, φαύλως (§. 6.) dixisse, et eorum orationes adhuc ὑπερβολὴν admittere, se autem de hac re, quanquam saepenumero tractata, ita dicturum fore, ὥστε μηδὲν πώποτε δοκεῖν εἰρῆσθαι (§. 4.) et ὡς οὐδεὶς ἂν ἄλλος δύναιτο (§. 10). Spohn.

14, 8. ποιοῦμαι τὰς ὑποσχέσεις Urb. Ambr. τὰς ὑποσχέσεις ποιοῦμαι Vulg.

14, 8. τῶν ἰδίων] quae ad me unum pertinent: τῶν κοινῶν, quae mihi cum ceteris oratoribus communia sunt, et ad constitutionem causae referenda. Morus.

15, 2. τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας] Bellum Peloponnesiacum intelligit. ὁ βάρβαρος est rex Persiae. Morus.

*ἔχθρας ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι, καὶ διεξέρχονται
τάς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους
ἡμῖν γεγενημένας καὶ τὰς ὠφελείας τὰς ἐκ τῆς στρατείας
τῆς ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἐσομένας, ἀληθῆ μὲν λέγουσιν, οὐ μὴν* 14
ἐντεῦθεν ποιοῦνται τὴν ἀρχὴν ὅθεν ἂν μάλιστα συστῆσαι
16 *ταῦτα δυνηθεῖεν. τῶν γὰρ Ἑλλήνων οἱ μὲν ὑφ᾽ ἡμῖν, οἱ
δ᾽ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις εἰσίν· αἱ γὰρ πολιτεῖαι, δι᾽ ὧν
οἰκοῦσι τὰς πόλεις, οὕτω τοὺς πλείστους αὐτῶν διει-*

15, 5. *ὠφελείας*] *ὠφελίας* Dind. praeter necessitatem. Nam restituit quidem hanc formam Urbinas infra §. 29. §. 173. Philip. §. 131. Areop. §. 55. de pace §. 72. Panath. §. 219. de antid. §. 145. §. 164. quibus locis mutationem suam firmare voluit Dindorfius. Idem tamen codex cum reliquis servat alteram etiam Paneg. §. 79. §. 104. §. 130. Philip. §. 40. de pace §. 32. Hel. §. 36. 67. Busir. §. 3. 22. de Antid. §. 202. Epist. IV. §. 9. VI. §. 15. §. 16. Confer quae de utraque forma disseruit C. E. Chr. Schneider ad Platonis Civit. I. p. 382. D.

15, 5. *στρατείας*] *στρατιᾶς* Ambr. conf. varietatem lectionis ad §. 84.

15, 6. *οὐ μὴν ἐντεῦθεν* Urb. Ambr. *οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε* Vulg. In Philippo §. 85. c. 35. p. 99. b. *οὐ μὴν ἀποστατέον ἐστὶν* Urb. *οὐ μὴν ἀποστ. γ᾽ ἐστὶν* Vulg. Dind.

15, 7. *ὅθεν ἂν — δυνηθεῖεν*] *Unde si ordirentur, hanc omnem causam constituere* (statum controversiae definire) *poterant*. C. 3. §. 19. *ἐχρῆν ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι*. Nam *στάσις*, cui coniunctum est *συνίστημι*, apud rhetores graecos (v. argum. orationum Demosth. Lycurg. aliorumque) est ea, quam Cic. Inv. I. 8. *constitutionem causae*, Quinctilianus III. 6. *statum* appellavit. Causa, quam Isocrates tractat, sic constituenda erat, ut primum quaereretur, utrum ad Lacedaemonios, an Athenienses principatus Graeciae pertineret: deinde, ut bellum contra Persas suaderetur. Morus. Cfr. orat. ad Philipp. c. 16. §. 41. p. 90. ubi haec: *ὥστ᾽ οὐδὲν ἄτοπον, εἰ καὶ ταῦτα μόνος συστῆσαι δυνηθείης* (perficere), ibidem c. 28. §. 67. p. 95. *πῶς οὐ σέ γε χρὴ προσδοκᾶν — — ῥᾳδίως τὰ προειρημένα συστήσειν;* Spohn. *συστῆσαι* et hic et in locis a Spohnio allatis est *componere quae sunt dissoluta;* cui significationi proxima est altera, *conciliare dissociatos*, ut in Philip. §. 30. c. 11. p. 88. *ἢν ταύτας* (illas civitates) *συστῆσαι* (praecedit synonymon *διαλλάξαι*) *δυνηθῇς, οὐ χαλεπὸν καὶ τὰς ἄλλας ὁμονοεῖν ποιήσεις*. Conf. ibid. §. 57. c. 23. p. 93.

16, 1. *ὑφ᾽* Urb. Ambr. Vict. Scaph. Priscianus p. 267. *ἐφ᾽* Vulg. Vide ad §. 101. et var. lect. ad Isocratem p. 125. d. Dind.

16, 2. *αἱ γὰρ πολιτεῖαι — τὰς πόλεις*] *Forma civitatis, qua singulae civitates utuntur*, vel democratica, vel oligarchica. C. 5. *ἡ κατασκευή, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν, καὶ δι᾽ ἧς πολιτευόμεθα*. §. 106. *μετὰ ταύτης τῆς πολιτείας οἰκοῦμεν*. Areop. §. 22. c. 8. p. 144. *διὰ ταύτης τῆς πολιτείας ᾤκουν τὴν πόλιν*. Est ergo *πολιτεία, δι᾽ ἧς οἰκοῦμεν τὴν πόλιν*, forma et institutio reipublicae, secundum quam, tanquam normam, rempublicam administramus, inque ea vivimus: quod eleganti similitudine declaravit Isocr. Areop. §. 14. c. 5. p. 142. c. Morus.

16, 3. *οὕτω — διειλήφασιν*] Victo Xerxe Graeci omnes *διεκρίθησαν πρός τε Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους*. Thuc. I. 18. Cf. III. 82. *Διαλαμβάνειν* v. c. *τόπον* est,

λήφασιν. ὅστις οὖν οἴεται τοὺς ἄλλους κοινῇ τι πράξειν
ἀγαθὸν, πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν
17 *ἁπλῶς ἔχει καὶ πόῤῥω τῶν πραγμάτων ἐστίν. ἀλλὰ δεῖ*
τὸν μὴ μόνον ἐπίδειξιν ποιούμενον, ἀλλὰ καὶ διαπράξα-
σθαί τι βουλόμενον, ἐκείνους τοὺς λόγους ζητεῖν, οἵτινες
τὼ πόλη τούτω πείσουσιν ἰσομοιρῆσαι πρὸς ἀλλήλας καὶ
τάς θ' ἡγεμονίας διελέσθαι καὶ τὰς πλεονεξίας, ἃς νῦν
παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιθυμοῦσιν αὑταῖς γίγνεσθαι, ταύτας
18 *παρὰ τῶν βαρβάρων ποιήσασθαι. τὴν μὲν οὖν ἡμετέραν* 3
πόλιν ῥᾴδιον ἐπὶ ταῦτα προαγαγεῖν, Λακεδαιμόνιοι δὲ
νῦν μὲν ἔτι δυσπείστως ἔχουσι· παρειλήφασι γὰρ ψευδῆ
λόγον, ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι πάτριον· ἢν δ' ἐπιδείξῃ
τις αὐτοῖς ταύτην τὴν τιμὴν ἡμετέραν οὖσαν μᾶλλον ἢ 'κεί-
νων, τάχ' ἂν ἐάσαντες τὸ διακριβοῦσθαι περὶ τούτων

occupare locum per intervalla, disponendis praesidiis, aedificiis, arboribus, Dion. Hal. A. p. 253. et Diod. Sic. l. IV. p. 654. *πύργοις διαλαβεῖν*. Demosth. de Cor. c. 51. *τοὺς ὅρους στήλαις διαλαβεῖν*, ***fines columnis dispositis constituere***: unde omnino Isocr. ad Phil. §. 120. c. 50. p. 106. *διαλαβεῖν τὴν Ἀσίαν*, ***utrinque fines Asiae ponere***. Aristid. Panath. p. 65. *τροπαίοις διαλαβεῖν Ἑλλήσποντον*, ***per intervalla ponere tropaea***. Vid. Reiskii Animadv. ad Polyb. p. 135. Wessel. ad Diod. Sic. I. 33. Ael. V. H. IX. 3. Hoc est igitur ***distinguere locum*** v. c. arboribus, quo facto in intervalla dividitur: hinc omnino, ut nostro loco, ***dividere***. ***Graecorum*** *πολιτεῖαι* ***sic diviserunt (atque adeo comprehendunt) plerosque Graecos***, i. e. forma, qua quaeque utuntur, vel *δημοκρατικὴ* vel *μοναρχικὴ*, coegit eos, vel Atheniensibus vel Lacedaemoniis se adiungere. Cf. or. ad Phil. §. 31. c. 11. p. 88. *Ἅπασαι (πόλεις τῆς Ἑλλάδος) ὑπὸ ταῖς εἰρημέναις εἰσίν* (parent Athen. Spart. Argiv. Thebanis), *καὶ καταφεύγουσιν, ἐφ' ἣν ἂν τούτων τύχωσι, καὶ τὰς βοηθείας ἐντεῦθεν λαμβάνουσιν*. Cf. Xen. Hellen. VI. 3, 6. MORUS.

17, 2. *τὸν — ποιούμενον — βουλόμενον* Urb. Ambr. *τοὺς — ποιουμένους — βουλομένους* Vulg.

17, 4. *τὼ πόλη τούτω*] *τὼ πόλεε τούτω* Urb. Ambr. (litteris *εε* in Urb. a correctore positis); *τὰς πόλεις ταύτας* Vulg. Recte Bekkerus *πόλη*: nam *πόλη* clare scriptum in eodem libro [et in Ambrosiano] in oratione de pace §. 116. c. 38. p. 182. e. Eadem correctio adhibenda in Panath. §. 156 et §. 157. c. 65. p. 265. ubi editum *τὼ πόλεε*. Neque Aristophanes in Avibus v. 368. *ξυγγενέε* scripsit. DIND. Conf. Schneider. ad Platonis Civit. III. p. 410. E.

17, 5. *τάς θ' ἡγεμονίας διελέσθαι*] Antea maritimum imperium Atheniensium, terrestre Lacedaemoniorum fuerat. Thuc. I. 18. Quae divisio quam iusta sit et utilis, oratione explicatur apud Xenoph. Hellen. VII. 1. cf. VI. 5, 34. MORUS.

17, 5. *τὰς πλεονεξίας — ποιήσασθαι*] Haec in Panegyrico se posuisse ipse Isocrates or. ad Phil. §. 9. c. 4. p. 84 b. dicit. MORUS.

18, 2. *προαγαγεῖν* Urb. Ambr. Vict. *προσαγαγεῖν* Vulg.

18, 3. *δυσπείστως*] *δυσπίστως* Urb. Ambr.

18, 4. *πάτριον*] Vid. ad §. 25.

18, 5. *ἢ 'κείνων* Ambr. Dind. *ἢ κείνων* Urb. Bekk. *ἢ ἐκείνων*

19 ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔλθοιεν. Ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογουμένων συμβουλεύειν, πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς ἐδίδαξαν· ἐμοὶ δ' οὖν ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει περὶ ταῦτα ποιήσασθαι τὴν πλείστην διατριβήν, μάλιστα μὲν ἵνα προὔργου τι γένηται καὶ παυσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς φιλονικίας κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσω-

Vulg. Bekkerus ad lectionem Urbinatis addit: „qui ita solet post vocalem." Quod si verum esset, forma ionica κεῖνος prosae quoque Atticorum tribuenda foret, de qua re viri docti adhuc dubitarunt. Vid. Lobeck ad Phrynichum p. 7 sq. Buttmann Gramm. Gr. vol. I. p. 299. sq. Sed κεῖνος apud Isocratem quidem nonnisi post voculam ἤ legitur, cum qua crasin facit sicut ἐγὼ in in ἤ'γὼ Philip. §. 23. et Panath. §. 148. Ipse Bekkerus coronidem imposuit Philip. §. 132. Hel. §. 50. Panath. §. 189. de Antid. §. 259. quae restituenda est etiam Philip. §. 36. §. 57. de pace §. 115. Busir. §. 35. Panath. §. 11. §. 41. §. 138. §. 150. Aeginet. §. 29. Dindorfius Philip. §. 100. recte ἤ 'κείνας scripsit pro ἢ ἐκείνας, qui hiatus ibi non ferendus videtur. Cur idem tentet μὴ ἐκείνων Callim. §. 40. et ἃ ἐκεῖνος Trapez. §. 52. Aegin. §. 6., pro quibus scribendum censet μὴ 'κείνων et ἀκεῖνος, idonea causa non exstat, quum in illis orationibus hiatus tolerari possit. Vid. ad §. 2. Ceterum neque apud Platonem κεῖνος usquam vel post consonantem vel post vocalem craseos impatientem invenitur. Vid. Schneider ad Platonis Civit. p. 370. A. Conf. quae dixit Dindorfius in praefatione ad Demosthenem p. IV.

19, 3. πρὶν] πρὶν ἤ Urb. Ambr. Bekk. Urbinas fidem sibi ipse derogat eo quod alibi [Archid. §. 26], ubi πρὶν ἤ legebatur, ἤ recte omittit. Certissimum est enim Isocratem in iis esse scriptoribus qui πρὶν ἤ particulis abstinuerunt. Apud Thucydidem V. 61. καὶ πρὸς τὸν δῆμον οὐ προθῆγον βουλομένους χρηματίσαι πρὶν ἢ Μαντινῆς καὶ Ἠλεῖοι κατηνάγκασαν δεόμενοι, vide ne ἤ librarii contra morem aetatis Thucydideae adiecerint, quod VIII. 12. fecit scriba codicis Vaticani apud Bekkerum et alibi factum esse docent quae annotatione ad Demosthenem vol. I. p. IV. expromsimus eiusdem librariorum fraudis de Demosthene exempla. Dind.

19, 4. ἐδίδαξαν Urb. Ambr. ἐπαλλάξαι Vulg.

19, 6. προὔργου] Suidas s. h. v. Προὔργου. πρὸ ἔργου, συμφέρον, πλέον. Ἰσοκράτης φησίν, ἵνα προὔργου τι γένηται, ἀντὶ τοῦ πλέον. Cfr. Zonar. Phot. ibidemque Schleusner, et interprr. Hesychii. Spohn. πρὸ ἔργου Commentaria Aldina in Aristotelis Ethica folio 43 verso: προὔργου Schol. Luciani I. p. 823. III. p. 507. Dind.

19, 7. φιλονικίας Urb. Bekk. φιλονεικίας Vulg. et Dindorfius, qui Urbinatis lectionem frequentem librariorum errorem vocat. Ex eodem libro Bekkerus revocavit φιλόνικος ad Demon. §. 31. φιλονικία Philip. §. 4. Epist. IX. 14. φιλονικέω Paneg. §. 85. Philip. §. 113. Archid. §. 92. diphthongo servata in orat. ad Nicoclem §. 25. Hel. §. 48. §. 51. Areop. §. 53. Panath. §. 158. Inter utramque vocem hoc videtur esse discrimen, ut φιλονεικία certationem significet cum vituperatione quadam, quae a φιλονικία (*vincendi studium*) est aliena. Apud Aristotelem quidem firma sedes est adiectivo φιλόνικος in Rhetor. I. c. 6. p. 33. οἱ φιλόνικοι, εἰ νίκη ἔσται. Ibid. c. 10. p. 51. ὁ φιλόνικος (ἀδι-

20 μεν, εἰ δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἀδύνατον, ἵνα δηλώσω τοὺς ἐμπο-
δὼν ὄντας τῇ τῶν Ἑλλήνων εὐδαιμονίᾳ, καὶ πᾶσι γένηται
φανερὸν ὅτι καὶ πρότερον ἡ πόλις ἡμῶν δικαίως τῆς θα-
λάττης ἦρξε καὶ νῦν οὐκ ἀδίκως ἀμφισβητεῖ τῆς ἡγεμο-
21 νίας. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ δεῖ τούτους ἐφ' ἑκάστῳ τιμᾶσθαι
τῶν ἔργων τοὺς ἐμπειροτάτους ὄντας καὶ μεγίστην δύναμιν
ἔχοντας, ἀναμφισβητήτως ἡμῖν προσήκει τὴν ἡγεμονίαν
ἀπολαβεῖν, ἥνπερ πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες· οὐδεὶς
γὰρ ἂν ἑτέραν.. πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ
τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κιν-
22 δύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν· τοῦτο δ' εἴ τι-
νες ταύτην μὲν μὴ νομίζουσι δικαίαν εἶναι τὴν κρίσιν,
ἀλλὰ πολλὰς τὰς μεταβολὰς γίγνεσθαι, τὰς γὰρ δυνα-
στείας οὐδέποτε τοῖς αὐτοῖς παραμένειν, ἀξιοῦσι δὲ τὴν
ἡγεμονίαν ἔχειν ὥσπερ ἄλλο τι γέρας ἢ τοὺς πρώτους

κεῖ) διὰ νίκην. C. 11. p. 58. τὸ νικᾷν ἡδὺ οὐ μόνον τοῖς φιλονίκοις ἀλλὰ πᾶσι. L. II. c. 12. p. 117. φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι· ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης, ἡ δὲ νίκη ὑπεροχή τις.

20, 1. τοὺς ἐμποδὼν ὄντας] Lacedaemonios. Aristoteles Rhetor. III. 17, 17. (p. 209.): Ἰσοκράτης συμβουλεύων κατηγορεῖ Λακεδαιμονίων ἐν τῷ πανηγυρικῷ. Morus.

20, 4. ἀμφισβητεῖ τῆς Urb. Ambr. ἀμφισβητεῖ περὶ τῆς Vulg. Isocrates verbum ἀμφισβητεῖν genitivo iunxit modo addita praepositione, modo reiecta. Conf. in hac oratione §. 25. §. 54. §. 57. §. 68. §. 71. §. 136. §. 166. §. 188. Matthiae Gr. Gr. §. 350.

21, 1. τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ] absolute ponuntur vertique possunt utroque loco, *ex altera parte*. Morus. Vid. Matthiae Gr. Gr. §. 288. Anm. 2. Apud Isocratem Cypr. §. 23 sq. c. 6. p. 31. respondent sibi τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ — ἔτι δέ: in Euag. §. 14. c. 5. p. 191. τοῦτο μὲν a sola particula δὲ excipitur.

21, 4. ἥνπερ Urb. Ambr. ἣν Vulg.

21, 6. γῆν] τὴν Urb.

22, 1. εἰ — νομίζουσι Urb. Ambr. εἰ — νομίζωσι Vulg.

22, 5. πρώτους] Videtur Isocrates c. 4. hoc ex antiquitate gentis Atticae per se demonstrare voluisse: quod ut vim habeat, vereor, nisi reliquae narrationes de bellis c. 9. 15. addantur; quum antiquitas ipsa non necessario cum principatu coniuncta sit. Ceterum sciendum est, hanc omnem antiquissimi temporis ἡγεμονίαν non fuisse ei similem, quae per Salaminiam victoriam constituta (v. ad c. 20.) pacis et belli tempore aliquamdiu obtinuit: sed partim maiorem in bellis auctoritatem propter opes maiores, (ut c. 15. de Atheniensibus ante tempora Troiani belli, ἡγεμονικῶς εἶχον, cum explicatione, μείζω δύναμιν εἶχον), partim munus ordinandi belli, aliosque ducendi, unde c. 9. στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν, et c. 22. οἰόμενοι δεῖν στρατηγεῖν. Eodem sensu Thuc. p. 13. .59. 63. 64. ed. Steph. de Lacedaemoniis, ante victoriam Lysandri, quae iis principatum κατ' ἐξοχὴν acquisivit, ἡγεῖσθαι, et p. 263. μέγιστον ἀξίωμα τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες. Et

*τυχόντας ταύτης τῆς τιμῆς ἢ τοὺς πλείστων ἀγαθῶν αἰ-
τίους τοῖς Ἕλλησιν ὄντας, ἡγοῦμαι καὶ τούτους εἶναι
23 μεθ᾽ ἡμῶν· ὅσῳ γὰρ ἄν τιςποῤῥωτέρωθεν σκοπῇ περὶ
τούτων ἀμφοτέρων, τοσούτῳ πλέον ἀπολείψομεν τοὺς ἀμ-
φισβητοῦντας. ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν* 4
*ἀρχαιοτάτην εἶναι καὶ μεγίστην καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώ-
ποις ὀνομαστοτάτην· οὕτω δὲ καλῆς τῆς ὑποθέσεως οὔ-
σης, ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις τούτων ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς προσ-
24 ήκει τιμᾶσθαι. ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν οὐχ ἑτέρους ἐκβα-
λόντες οὐδ᾽ ἐρήμην καταλαβόντες οὐδ᾽ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν
μιγάδες συλλεγέντες, ἀλλ᾽ οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γε-*

ita accipiendum est, ubicunque Lacedaemoniis tribuitur *ἡγεμονία* ante pugnam illam Lysandri. Quid quod ipso tempore Salaminiae pugnae visi sibi sunt *ἡγεμόνες τῆς θαλάσσης*, Diod. Sic. XI. 27. hoc est ceteris opulentiores et maiores, digni iure belli constituendi. Morus.

22, 7. *καὶ τούτους* Urb. Ambr. *καὶ τούτους γε* Vulg. Aliena est ab hoc loco particula *γέ*. Sensus enim postulat: *hos quoque nobiscum facere existimo:* contra *καὶ τούτους γε* significaret: *etiam hos saltem*. Repugnat igitur sibi utriusque particulae vis, quarum illa (*καί*) rem ad plures transfert, haec (*γέ*) in pauciores restringit. Pinzg.

23, 1. *ποῤῥωτέρωθεν* Urb. Ambr. *ποῤῥωτέρω* Vulg. Egregie Urb. *ποῤῥωτέρωθεν*. Eidem libro servatum aliis quibusdam in locis [Archid. §. 16. consentiente Ambrosiano, Panath. §. 120. de Big. §. 4.] debemus rarissimi usus comparativum *ποῤῥωτέρωθεν*, qui ab lexicographis non alio in loco adhuc inventus est quam apud Theophrastum *περὶ ἱδρώτων* sect. 4. vol. 1. p. 812. ed. Schneid. Dind.

23, 2. *πλέον* Urb. Ambr. *πλεῖον* Vulg. In hac re non constat sibi Urbinas. Dind. Nominativus et accusativus sing. generis neutrius praeter unum locum de Antid. §. 208. nunc ubique apud Isocratem *πλέον* scribitur; nomin. sing. fem. semel legitur, Paneg. §. 141. *πλείων*. Genitivo sing. omnium generum utraque forma est, et *πλείονος*, et *πλέονος*, illa tamen paulo frequentior; dativus sing. in Isocratis scriptis non exstat. Accusativus sing. gen. masc. et fem. item nom. et accus. plur. omnium generum nonnisi contractam formam habent, et eam semper cum diphthongo. In genitivo denique et dativo plur. ita dominatur longior forma, ut *πλεόνων* nisi Plat. §. 31. *πλέοσι* nisi de Antid. §. 281. nusquam legatur.

23, 2. *ἀμφισβητοῦντας* Urb. *ἀμφισβητοῦντας περὶ αὐτῶν* Vulg. Ambr.

23, 4. *μεγίστην*] Cfr. Helen. Encom. §. 35. c. 17. p. 215. a. Spohn. Dio Chrysost., a Corayo landatus, orat. VI. ducentorum stadiorum fuisse ambitum Athenarum dixit.

23. 4. *ἀνθρώποις*] *ἀνθρώποις οἷς* a pr. m. Urb.

23, 5. *καλῆς τῆς* Urb. Ambr. *καλλίστης* Vulg.

24, 1. *ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν*] Iustin. II. 6. Morus.

24, 3. *μιγάδες*] *Μιγάδες, τὸ ἐκ πολλῶν ἄθροισμα ξένων*. Hesych. Dicuntur etiam *σύγκλυδες* Thuc. VII. 5. et lat. *convenae*. Morus.

24, 3. *οὕτω — γεγόναμεν*] Nos, qui nunc vivimus, tam honestam et ingenuam originem habemus. Morus.

γόναμεν ὥστ' ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν, ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς αὐτοῖς οἷσπερ τοὺς οἰκειοτάτους τὴν πόλιν
25 ἔχοντες προσειπεῖν· μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει. καίτοι χρὴ τοὺς εὐλόγως μέγα φρονοῦντας καὶ περὶ τῆς ἡγεμονίας δικαίως ἀμφισβητοῦντας καὶ τῶν πατρίων πολλάκις μεμνημένους τοιαύτην τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους ἔχοντας φαίνεσθαι.

26 Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρξαντα καὶ παρὰ τῆς τύχης δωρηθέντα τηλικαῦθ' ἡμῖν τὸ μέγεθός ἐστιν· ὅσων δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἴτιοι γεγόναμεν, οὕτως ἂν κάλλιστ' ἐξετάσαιμεν, εἰ τόν τε χρόνον ἀπ' ἀρχῆς καὶ τὰς πράξεις τὰς τῆς πόλεως ἐφεξῆς διέλθοιμεν· εὑρήσομεν γὰρ αὐτὴν οὐ μόνον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων, ἀλλὰ καὶ

24, 5. *αὐτόχθονες ὄντες*] Magnam in ea re quaesiverunt gloriam Athenienses. Cfr. Symmach. §. 49. c. 17. p. 169. inprim. Panathen. §. 124 sq. c. 48. p. 258. ubi leguntur: *ὄντας δὲ μήτε μιγάδας, μήτ' ἐπήλυδας, ἀλλὰ μόνους αὐτόχθονας τῶν Ἑλλήνων, καὶ ταύτην ἔχοντας τὴν χώραν τροφόν, ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, καὶ στέργοντας αὐτὴν ὁμοίως, ὥσπερ οἱ βέλτιστοι τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας τὰς αὐτῶν.* Vid. etiam Harpocrat. Spohn.

24, 5. *τῶν ὀνομάτων* Urb. Ambr. *τοῖς ὀνόμασι* Vulg.

24, 6. *οἷσπερ* Urb. Ambr. Vict. *ὥσπερ* Vulg. In Demosthene p. 492, 11. libri deteriores *τοῖς αὐτοῖς ὥσπερ ἡμεῖς νῦν:* contra in Platone de Legg. II. p. 671. c. (269, 23 Bekk.) optimi *τὸν αὐτὸν ὥσπερ τότε.* Dind.

25, 2. *τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα*] Panath. §. 125. c. 48. p. 258. Lysias Epitaph. p. 39. ed. Taylori, *τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο μητέρα καὶ πατρίδα.* Demosth. Orat. Fun. p. 152. C. ed. Wolf. Platon. Menex. p. 365. ed. Bas. Aristid. Panath. p. 11. ed. Steph. sententiam immutavit. Cic. Flacc. 26. *parens, altrix, patria.* Morus.

25, 4. *τῶν πατρίων πολλάκις μεμνημένους*] C. 3. (§. 18.) *Λακεδαιμόνιοι δὲ — παρειλήφασι ψευδῆ λόγον ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι πάτριον.* Ergo hi sunt ii, qui semper iactant, qua auctoritate maiores fuerint, et quid ipsis inde a maioribus proprium fuerit, et propter maiores etiamnum debeatur. Morus.

25, 4. *πατρίων* Urb. Ambr. *πατρῴων* Vulg. Constat, *πατρῷα* plerumque dici, quae ad *patrem* referuntur, *πάτρια*, quae ad maiores patriamque universam pertinent. De discrimine horum verborum e sententia grammaticorum veterum vide interpretes ad Luciani Soloec. vol. III. p. 561. et Fischerum ad Wellerum p. 293. Morus. Coray conferri iubet annotationem suam ad Heliodorum p. 92.

26, 4. *εἰ — διέλθοιμεν*] Si res et ab initio gestas et ceteras deinceps percurramus. Morus.

26, 4. *ἀπ' ἀρχῆς*] *ἐξ ἀρχῆς* Ambr. Vict.

26, 6. *τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων*] Quia belli, praesertim mari, gerendi rationem et modum demonstravit: sic enim historia

27 τῆς ἄλλης κατασκευῆς, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν καὶ μεθ᾽ ἧς
πολιτευόμεθα καὶ δι᾽ ἣν ζῆν δυνάμεθα, σχεδὸν ἁπάσης
αἰτίαν οὖσαν. ἀνάγκη δὲ προαιρεῖσθαι τῶν εὐεργεσιῶν
μὴ τὰς διὰ μικρότητα διαλαθούσας καὶ κατασιωπηθείσας, 46
ἀλλὰ τὰς διὰ τὸ μέγεθος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων καὶ
πάλαι καὶ νῦν καὶ πανταχοῦ καὶ λεγομένας καὶ μνημονευομένας.

28 Πρῶτον μὲν τοίνυν, οὗ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδε- 6
ήθη, διὰ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας ἐπορίσθη· καὶ γὰρ εἰ
μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως αὐτῷ καὶ νῦν ῥηθῆναι

duce debet intelligi, *αἰτία τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων, quae docuit bella gerere.* De bellis egit c. 9. 15. 19. De re maritima Thuc. p. 13. *Ἀθηναῖοι ναυτικοὶ ἐγένοντο,* qui etiam p. 122. Athenas dixit *πόλιν, καὶ ἐς πόλεμον, καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην.* Morus.

27, 1. *μεθ᾽ ἧς πολιτευόμεθα*] Conf. §. 16. Iustin. II. 6, 6. *civilis ordo disciplinae.* Morus.

27, 2. *δι᾽*] *μεθ᾽* pr. Urb.

27, 2. *δι᾽ ἣν ζῆν δυνάμεθα*] Quum locus de vita in societate, quae humanior est, capiendus sit, efficitur hic sensus: *per quam institutionem civitatis vitalem vitam* (*ἀξιοβίωτον*) *vivere possumus*, non ferinam amplius, quae ratione hominum, societati destinatorum, ne vita quidem dici potest. Hoc autem effectum quidem est etiam inventione frugum, quae homines a vita ferina abduxit (c. 6.), et mysteriis, quae bona spe replent vitam humanam (ibid.), sed potissimum legibus (c. 10.), de quibus et Xen. Mem. III. 3, 11. *δι᾽ ὧν ζῆν ἐπιστάμεθα.* Nec vita primorum hominum, ut est c. 8., talis fuit, qualis nunc vivitur; sed subinde accesserunt commoda, *δι᾽ ἃ ζῆν* (melius et humanius vivere) *δυνάμεθα.* Atqui haec omnia debentur Atheniensibus. Cf. Diod. Sic. V. 5. Morus.

27, 4. *διαλαθούσας*] *λαθούσας* Vict. Scaph.

27, 4. *καὶ κατασιωπηθείσας* om. pr. Urb.

28, 1. *Πρῶτον μὲν*] Ad hoc refertur, *περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους*, c. 9. Morus.

28, 1. *τοίνυν* Urb. Ambr. Legebatur *οὖν*, quam particulam alteri ubique fere sufficere solent librarii: vide lectionis varietatem ad Demosthenem p. 286, 25. 311, 7. 316, 26. 351, 17. 398, 28. 429, 11. 501, 14. 603, 17. 710, 4. 762, 12. 1178, 1. 1334, 24. ed. Reisk. Dind.

28, 2. *τῆς πόλεως* om. pr. Urb.

28, 2. *εἰ μυθώδης κ. τ. λ.*] Similiter Lycurgus adv. Leocr. c. 23. ex imitatione Isocratis: *εἰ γὰρ καὶ μυθωδέστερόν ἐστιν ἀλλ᾽ ἁρμόσει* (f. *ἁρμόζει*) *καὶ ὑμῖν ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι.* Cor.

28, 3. *αὐτῷ* Urb. Ambr. *αὐτὸν* Vulg. Sic infra §. 51. legebatur *ἡγοῦμαι δὲ τοὺς προγόνους — τιμᾶσθαι προσήκειν*, ubi ex Urbinate *τοῖς προγόνοις* restitutum. Dind. Ex eodem libro Bekkerus dativum revocavit pro accusativo in Euag. §. 40. et de Antid. §. 83. Contra dativo accusativus substitutus est in Archid. §. 3. de Pace §. 104. (quibus in locis Urbinatis lectionem firmat Ambrosianus) et Plat. §. 14. Utramque structuram aeque legitimam esse docent quae leguntur in Philippo §. 127. c. 52. p. 108. a. *προσήκει τοῖς μὲν ἄλλοις — ἐκείνην τὴν πόλιν στέργειν, σὲ δ᾽ — ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα πατρίδα νομίζειν.*

προσήκει. Δήμητρος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ὅτ' ἐπλανήθη τῆς Κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους ἡμῶν εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δούσης δωρεὰς διττὰς αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρπούς, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετήν, ἧς οἱ μετασχόντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε κυρία γενομένη τοσούτων ἀγαθῶν οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν ἅπασι μετέδωκεν. καὶ τὰ μὲν ἔτι καὶ

28, 4. *ἀφικομένης* Urb. Ambr. Vict. *ἀφικνουμένης* Vulg.

28, 4. *τὴν χώραν* Urb. *τὴν χώραν ἡμῶν* Vulg. Ambr.

28, 4. *ὅτ' ἐπλανήθη*] Callim. H. in Cer. 8. sqq. Ovid. Met. V. 438. ibidemque v. 385. de raptu Proserpinae, quae est *ἡ Κόρη*. Cf. Cic. N. D. II. 24. Verr. IV. 49. Tacit. Annal. 11, 49. Claudiani carmen nemo nescit. Morus.

28, 6. *ἡμῶν* Urb. Ambr. *τοὺς ἡμετέρους* Vulg. Conf. §. 58. Dind.

28, 8. *διττὰς* om. Urb. Bekk. Dind. Retinui cum Ambrosiano; *ἐπιθυμίαι διτταὶ* (duae cupiditates) legitur in Philippo §. 87. et in Epist. IX. §. 13. *ἐπιμέλειαι διτταὶ* de Antid. §. 181. *κατηγορίαι διτταὶ* ibid. §. 197.

28, 9. *τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν*] Diod. Sic. I. 8. Sext. Empir. p. 295. et 551. ed. Fabric. Ovid. Fast. II. 291. Ael. V. H. III. 39. Morus.

28, 10. *μετασχόντες* Urb. Ambr. Vict. *μετέχοντες* Vulg.

28, 11. *ἡδίους τὰς*] *ἡδίστους* Urb. Ambr.

28, 11. *ἡδίους τὰς ἐλπίδας*] Demonstratum est initiatis, animum esse immortalem, aut saltem, vitam a morte corporis continuari, et esse futuram sortem beatam miseramve. Cf. Platon. Phaed. c. 13. Aeschin. dial. 3. c. 17. 20. Aristoph. Ran. v. 155 sqq. et schol. ad h. l. Cic. de Legg. II, 14. *Hic accepimus non solum rationem cum laetitia vivendi, sed et cum spe meliore moriendi.* Meursii Eleusin. c. 17. Eschenbachii Epigenes p. 185. Morus. Aristophanes de felicitate, qua in insulis beatorum fruuntur, haec initiatos praedicantes induxit (Ran. 454): *μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν, ὅσοι μεμυήμεθ' εὐσεβῆ τε διήγομεν τρόπον.* Cor. Conf. Dissen ad Pind. Fragm. Thren. 8. Lobeck in Aglaophamo vol. I. p. 69 sqq.

29, 2. *θεοφιλῶς — φιλανθρώπως*] Non modo cara Diis fuit, quippe ornata beneficiis divinis; sed et alios suorum bonorum reddidit participes. Morus. Cfr. Panathen. c. 48. §. 124. p. 258. ubi Athenienses dicit *ἅπαντα τὸν χρόνον ἠσκηκότας εὐσέβειαν μὲν περὶ τοὺς θεούς, δικαιοσύνην δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους.* Ibid. c. 85. §. 217. p. 278. *εὐσέβεια* et *δικαιοσύνη* iunguntur. Spohn. Eadem formula etiam Euagoram commendat (p. 197.): *θεοφιλῶς καὶ φιλανθρώπως διῴκει τὴν πόλιν.* W.

29, 3. *τοσούτων* Urb. Ambr. Vict Dind. *τοιούτων* Vulg. Bekk.

29, 4. *τὰ μὲν — δείκνυμεν*] Eleusinia quotannis celebrabantur (Herodt. VIII. 65.); mysteriis autem initiabatur et Atheniensium et ceterorum Graecorum quicunque

νῦν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν δείκνυμεν, τῶν δὲ συλλήβδην τάς τε χρείας καὶ τὰς ἐργασίας καὶ τὰς ὠφελίας

volebat (Herodt. l. l. αὐτῶν τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖται), exclusis barbaris et homicidis. (Paneg. §. 157.). Δεικνύναι igitur h. l. de initiatione intelligendum videtur.

29, 5. ἕκαστον τὸν Urb. ἕκαστον Vulg. Ambr. Articulum post ἕκαστος in libris vulgatis tantum non ubique omissum [aderat tamen iam ante Bekkerum novem in locis] Urbinas praebet in Isocrate, idque in his ipsis locutionibus καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν, καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, ad Nicocl. §. 2. (ibid. §. 6. καθ' ἑκάστην τὴν πρᾶξιν.) §. 11. Philip. §. 51. §. 104. (Archid. §. 79. ex codice Laurentiano.) Areop. §. 18. §. 40. §. 69. de pace §. 87. (Euag. §. 46. ἐξ ἑκάστης τῆς πολιτείας.) Hel. §. 56. Panath. §. 211. §. 267. Plat. §. 55. de Antid. §. 21. (Ibid. §. 110. scrib. καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ex codice Laurentiano apud Orellium, cui est p. 69, 5.) §. 249. Epist. V. 4. VI. 9. et in Panegyrico §. 78. ut quinque tantum supersint exempla omissi, quae non potest dubitari quin articulo augeri oporteat, in Panegyrico §. 31. §. 128. in Archidamo §. 65. in Aeginet. §. 30. et in Panath. §. 122. quo postremo in loco Bekkerus τὸν de suo addidit. Non magis ferendum in Isocrate videtur καθ' ἡμέραν ἑκάστην in Areopagitico §. 28. quod scribendum κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, ut Cypr. §. 22. ex libro Urbinate κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην repositum est, quum editum antea esset καθ' ἡμέραν ἑκάστην. Conf. ad Nicocl. §. 9. de Pace §. 129. Euag. §. 43. Dind. His postremis adde: Panath. §. 30. Articuli post ἕκαστος additi quattuor praetermisit exempla Dindorfius: καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, de Pace §. 20. καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν, de Antid. §. 213. ἑκάστης τῆς πόλεως, Panath. §. 54. et §. 79. Conf. Bernhardy Syntax p. 319.

29, 6. τάς τε χρείας καὶ τὰς ἐργασίας Ambr. τὰς χρείας καὶ τὰς ἐργασίας Urb. τὰς εὐεργεσίας (ἐργασίας Vict.) καὶ τὰς χρείας Vulg. Vocem εὐεργεσίας mutandam esse rectissime docuit C. H. G. Retbergius in Tentamine emendationum et animadversionum in Isocratem, quod insertum est Biblioth. vet. liter. et art. ab Heerenio editae Part. X. Gott. 1794. Inedit. et Animadv. crit. p. 23 sqq. Ibi p. 24. ille haec disseruit: „ — quomodo differant εὐεργεσίαι frugum et ὠφέλειαι, equidem non dixerim. Mendosum esse videtur εὐεργεσίας proque eo ἐργασίας legendum. Sic omnia leniter fluunt et perspicue. Tria nempe cum reliquis Graecis communicarunt Athenienses 1) τὰς ἐργασίας τῶν καρπῶν h. e. variarum frugum, non tritici solius, suam quarumcunque culturam. 2) τὰς χρείας τῶν καρπῶν, i. e. quaecunque τέχναι (ut statim vocat) ad colendas eas, et in usum hominum conficiendas necessariae sunt. 3) τὰς ὠφελείας αὐτῶν quem usum, quaeve commoda praestent. Facile permutari potuit εὐεργεσίας et ἐργασίας. Similiter erratum est Epist. VII. (§. 3.)“ ubi H. Wolfius recte coniecit ἐργασίας, quam lectionem cod. Augeri et Helmstad. Matthaei comprobant. Eandem vocem recte restituisse videtur Coray Areop. c. 21. (p. 150. e.). Vox εὐεργεσίας ea de caussa, praeter similitudinem, commutari facile potuit cum illa, quod saepe repetitur et statim cap. seq. (τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας) recurrit. Passim confusae sunt hae voces, vid. var. lect. ad Artemidor. p. 379. ed. Reiff. et Dionys. de compos. p. 50 sq. et not. Schaefer. ed. Göller. p. 25. Spohn.

29, 6. ὠφελίας Urb. ὠφελείας Vulg. Ambr.

30 τὰς ἀπ᾽ αὐτῶν γιγνομένας ἐδίδαξεν. Καὶ τούτοις ἀπι-
στεῖν μικρῶν ἔτι προστεθέντων οὐδεὶς ἂν ἀξιώσειεν. πρῶ- 7
τον μὲν γὰρ, ἐξ ὧν ἄν τις καταφρονήσειε τῶν λεγομένων
ὡς ἀρχαίων ὄντων, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων εἰκότως ἂν καὶ
τὰς πράξεις γεγενῆσθαι νομίσειεν· διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς
εἰρηκέναι καὶ πάντας ἀκηκοέναι προσήκει μὴ καινὰ μὲν,
πιστὰ δὲ δοκεῖν εἶναι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν. ἔπειτ᾽ οὐ
μόνον ἐνταῦθα καταφυγεῖν ἔχομεν, ὅτι τὸν λόγον καὶ τὴν
φήμην ἐκ πολλοῦ παρειλήφαμεν, ἀλλὰ καὶ σημείοις μείζο-
31 σιν ἢ τούτοις ἔστιν ἡμῖν χρήσασθαι περὶ αὐτῶν. αἱ μὲν
γὰρ πλεῖσται τῶν πόλεων ὑπόμνημα τῆς παλαιᾶς εὐεργε-
σίας ἀπαρχὰς τοῦ σίτου καθ᾽ ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ὡς
ἡμᾶς ἀποπέμπουσι, ταῖς δ᾽ ἐκλειπούσαις πολλάκις ἡ
Πυθία προσέταξεν ἀποφέρειν τὰ μέρη τῶν καρπῶν καὶ
ποιεῖν πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πάτρια. καί-
τοι περὶ τίνων χρὴ μᾶλλον πιστεύειν ἢ περὶ ὧν ὅ τε θεὸς 47
ἀναιρεῖ καὶ πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων συνδοκεῖ, καὶ τά τε

29, 7. ἀπ᾽ Urb. Ambr. δι᾽ Vulg.

29, 7. ἐδίδαξεν Urb. Ambr. ἐδιδάξαμεν Vulg.

30, 2. μικρῶν ἔτι προστεθέντων Urb. Ambr. μικρὸν ἔτι ἡμῶν προστιθέντων Vulg. Vera lectio primum abiit in hanc, μικρὸν ἔτι προστιθέντων, ut est in Scaph. quae ne sensu careret, librarii addebant pronomen.

31, 2. ὑπόμνημα Urb. Ambr. ὑπομνήματα Vulg. Conf. §. 73. §. 156. Dind.

31, 3. ἕκαστον τὸν] Aberat τὸν: vide ad §. 29. Dind.

31, 3. ὡς ἡμᾶς ἀποπέμπουσι] De primitiis, Athenas quotannis missis, eadem habet Aristid. Panath. p. 14. Ibidem: θεὸς διὰ τῶν μαντειῶν μητρόπολιν τῶν καρπῶν ὀνομάζει τὴν πόλιν. Morus. Suidas in voce Εἰρεσιώνη. Cum, inquit, toto terrarum orbe fame laboraretur, iussisse aiunt Apollinem Athenienses offerre Cereri sacrificium, quod ex eo quod arationem antecederet προηρόσια diceretur, pro omnibus populis. Qua de causa frugum primitias undecunque grati animi ergô Athenas mitti. W. Conf. Scholiast. Aristoph. ad Equites v. 725. Suid. s. v. Ἄβαρις et Προηροσίαι. Cor.

31, 7. μᾶλλον Urb. Ambr. Vict. μάλιστα Vulg. ad quam haec annotaverat Spohnius: „Superlativus apud Atticos comparativi loco saepenumero ponitur, vid. Greger. Corinth. p. 113. ed. Schaefer., Grammat. August. p. 674. et Excerpt. e Cod. Vatic. p. 688. ibid., et Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 492. Dionys. Hal. de compos. p. 282. ed. Schaef. μάλιστα τῶν ἄλλων. Cfr. Hermann. ad Viger. p. 718. et quos ibi commemorat. De μάλιστα vid. Musgrave ad Euripid. Iph. Aul. v. 1603." Aliud etiam superlativi pro comparativo positi exemplum sustulit Urbinas ex Aeginet. §. 36. ἐκ ποίας οἰκίας τῶν ἐν Σίφνῳ πλείους (legebatur πλεῖστοι) βασιλεῖς γεγόνασιν;

πάλαι ῥηθέντα τοῖς παροῦσιν ἔργοις συμμαρτυρεῖ καὶ τὰ
32 νῦν γιγνόμενα τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνων εἰρημένοις ὁμολογεῖ; Χωρὶς 8
δὲ τούτων, ἢν ἅπαντα ταῦτ᾽ ἐάσαντες ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σκοπῶμεν, εὑρήσομεν ὅτι τὸν βίον οἱ πρῶτοι φανέντες ἐπὶ γῆς οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ νῦν ἔχοντα κατέλαβον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐτοὶ συνεπορίσαντο. τίνας οὖν χρὴ μᾶλλον νομίζειν ἢ δωρεὰν παρὰ τῶν θεῶν λαβεῖν ἢ ζη-
33 τοῦντας αὐτοὺς ἐντυχεῖν; οὐ τοὺς ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένως καὶ πρώτους γενομένους καὶ πρός τε τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας καὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν εὐσεβέστατα διακειμένους; καὶ μὴν ὅσης προσήκει τιμῆς τυγχάνειν τοὺς τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους περίεργον διδάσκειν. οὐδεὶς

32, 1. Χωρὶς δὲ τούτων] Summa capitis haec est: Si, missa narratione fabulosa de frugibus et mysteriis, rem consideremus ab initio h. e. si quaeramus, quale fuerit humanum genus inde ab initio rerum humanarum, reperiemus commoda vitae, quibus nunc utimur, paullatim accessisse. Iam ea vel deus dedit, vel homines invenerunt. Si illud, videtur largitus esse Athenis, ubi colitur sanctissime: sin hoc, videntur Athenienses invenisse, quippe primi omnium, et ad inveniendum solertissimi. Morus.

32, 2. ἢν Urb. Ambr. ἐὰν Vulg.

32, 5. αὐτοὶ Urb. Ambr. αὐτοῖς Vulg.

33, 1. ὁμολογουμένως] Haec Hieronymi Wolfii est emendatio in Castigationibus ad h. l. proposita, quam recipiendam putavi, quum lectio codicum a ceteris editoribus servata, ὁμολογουμένους, soloeca sit. Dici enim non poterat τοὺς ὁμολογουμένους πρώτους γενομένους, εὐφυεστάτους ὄντας, εὐσεβέστατα διακειμένους, sed oportebat τοὺς ὁμολογουμένους πρ. γενέσθαι, εὐφ. εἶναι, εὐσεβ. διακεῖσθαι. Adverbio ὁμολογουμένως alibi quoque usus est Isocrates, Euag. §. 68. Busir. §. 22. Panath. §. 51. §. 140. Epist. IX. 3. Neque huic lectioni obstant verba ὑπὸ πάντων, quae adverbio iungi posse negabat Morus. Nam adverbia a participiis derivata horum retinent constructionem. Sic ex ἔχων νοῦν fit ἐχόντως νοῦν, quod legitur apud Platonem de Legg. III. 126. vel νοῦν ἐχόντως, quod hyphen exprimi solet, νουνεχόντως, quasi exstaret verbum νουνέχω, Isocr. Philip. §. 7. Areop. §. 53. de Pace §. 18. et alibi; ex λόγον ἔχων fingitur λογονεχόντως (malim λόγον ἐχόντως cum Dindorfio), in Areop. §. 60. Neque etiam in defensionem vulgatae lectionis ὁμολογουμένους afferri possunt quae leguntur in Panath. §. 238. c. 94. p. 282.: ἐὰν ἐάσας ἐκεῖνα (τὰ μυθώδη) λέγῃς τὰς πράξεις τὰς ὁμολογουμένας καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίας τοῖς Ἕλλησι γεγενημένας: quorum verborum longe diversa est ratio; sensus enim non debet esse: *eas res gestas quas multa bona peperisse constat;* sed aperte is est, *eas res gestas, de quarum veritate constat, et quae multa commoda pepererunt.* Itaque minime audiendus Coray, qui pro ὁμολογουμένας καὶ ibi quoque scribi iubet ὁμολογουμένως.

33, 5. περίεργον Urb. Ambr. πάρεργον Vulg.

γὰρ ἂν δύναιτο δωρεὰν τοσαύτην τὸ μέγεθος εὑρεῖν, ἥτις ἴση τοῖς πεπραγμένοις ἐστίν.

34 Περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγίστου τῶν εὐεργετημάτων καὶ πρώτου γενομένου καὶ πᾶσι κοινοτάτου ταῦτ' εἰπεῖν ἔχομεν. περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὁρῶσα τοὺς μὲν βαρ- 9 βάρους τὴν πλείστην τῆς χώρας κατέχοντας, τοὺς δ' Ἕλληνας εἰς μικρὸν τόπον κατακεκλειμένους καὶ διὰ σπανιό-

33, 6. δωρεὰν τοσαύτην Urb. Ambr. δωρεᾶς τοσαύτης Vulg.

34, 1. τοῦ μεγίστου — κοινοτάτου] Cfr. autem Panath. c. 69. §. 168. p. 268. Spohn.

34, 2. εἰπεῖν ἔχομεν Urb. Ambr. ἔχομεν εἰπεῖν Vulg.

34, 3. περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους] Cfr. ad tria quae iam sequuntur capita Thucyd. II. 36—41. Spohn.

34, 4. τῆς χώρας] *Eius terrae, quam nos incolimus, quae ab Attica et Boeotia* (nam hae duae partes vetustissimis temporibus Graecia supra Isthmum fuisse videntur, id quod de Athenis constat, de Thebis intelligitur e c. 15.) *usque ad Macedoniam pertinuit, et postea* Ἑλλάδος *nomen habuit.* Hoc postulat et narratio huius loci, et quae diserte sequuntur de hac χώρᾳ, ἅπας τόπος, ὃν νῦν τυγχάνομεν κατέχοντες, et ἡ ὑφ' ἡμῶν ἀφορισθεῖσα χώρα, *quae, finibus nostra opera constitutis, a barbarorum regnis divisa et Graeca facta est.* Hoc firmatur duobus locis e Panath. §. 44. §. 47. c. 16. p. 241 sq. Οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι (gerendis iis rebus, quae nostro loco narrantur) ἐδίδαξαν τοὺς Ἕλληνας, ὃν τρόπον τὴν Ἑλλάδα μεγάλην ποιήσειαν. Mox: Συνέβαινεν, ἐξ ὧν ἡμεῖς (Athenienses) ἐπράττομεν, αὐξάνεσθαί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Εὐρώπην κρείττω γίνεσθαι τῆς Ἀσίας. Quibus addendum est ex eadem oratione §. 167. c. 68. p. 268. Athenienses illo tempore διπλασίαν πεποιήκασι τὴν Ἑλλάδα, τῆς ἐξ ἀρχῆς συστάσης. Etiam Barbaros intelligimus eos, qui tum finitimi Atticae et Boeotiae fuerunt, communique nomine Thraces et Scythae dicti videntur, quorum nominum vaga est significatio; utrique tamen imperium Europae habuerunt. Ac de Thracibus Isocrates c. 19. τὸν ἄλλον χρόνον (ante Erechtheum) ὅμοροι προσοικοῦντες ἡμῖν, et Socrates apud Xen. Mem. III. 5, 10. bellum ab Erechtheo gestum (gestum autem est cum Thracibus et Eleusiniis: Paneg. c. 19.) appellat bellum πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἐχομένης ἠπείρου πάσης. Ergo Thraces illo tempore finitimi Atticae fuerunt. Hos Thraces coëgerunt Athenienses recedere versus septentrionem, et Graeciae fines promoverunt: nam inter Thracas et Atticam Boeotiamque orta est Thessalia, Epirus, Macedonia etc. Hinc c. 19. de Thracibus: Τοσοῦτον διέλιπον, ὥστ' ἐν τῷ μεταξὺ τῆς χώρας (inter Boeotiam et Thraciam) ἔθνη πολλὰ καὶ γένη παντοδαπὰ καὶ πόλεις μεγάλας κατοικισθῆναι. Fines Thraciae tempore belli Peloponnesiaci Thucyd. II. 97. notavit, unde apparet, quam longe a Graecia remoti fuerint. Morus. Cfr. Johann Christoph Gatterer's *Abhandlung von Thracien nach Herodot und Thucydides, aus dem lateinischen übersetzt* etc. v. Herm. Schlichthorst. Gött. 1800. 8. mai. cum tab. geogr. Spohn.

34, 5. κατακεκλειμένους Urb. κατακεκλεισμένους Vulg. Ambr. Priorem formam in Isocrate praebuit Urbinas in Archidamo §. 40. c. 15. p. 124. a. de Antid. §. 68. c. 25. p. 342. d. Dind. Eam uno consensu probant Grammatici, v. Thom. M. in v. p. 521. Etym. M.

τητα τῆς γῆς ἐπιβουλεύοντάς τε σφίσιν αὐτοῖς καὶ στρατείας ἐπ' ἀλλήλους ποιουμένους, καὶ τοὺς μὲν δι' ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, τοὺς δὲ διὰ τὸν πόλεμον ἀπολλυμένους,
35 οὐδὲ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα περιεῖδεν, ἀλλ' ἡγεμόνας εἰς τὰς πόλεις ἐξέπεμψεν, οἳ παραλαβόντες τοὺς μάλιστα βίου δεομένους, στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν καὶ πολέμῳ κρατήσαντες τοὺς βαρβάρους, πολλὰς μὲν ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου πόλεις ἔκτισαν, ἁπάσας δὲ τὰς νήσους κατῴκισαν,
36 ἀμφοτέρους δὲ, καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας καὶ τοὺς ὑπομείναντας, ἔσωσαν· τοῖς μὲν γὰρ ἱκανὴν τὴν οἴκοι χώραν κατέλιπον, τοῖς δὲ πλείω τῆς ὑπαρχούσης ἐπόρισαν· ἅπαντα γὰρ περιεβάλοντο τὸν τόπον ὃν νῦν τυγχάνομεν κα-

p. 500, 12. Theodosii can. in Anecdotis Bekkeri III. p. 1020, 25. Choeroboscus ap. eundem p. 1388. et tuentur meliores libri. Non igitur, utra forma sit praeferenda, tam ambigui est iudicii, quam visum Buttmanno Gramm. gr. plen. Vol. II. P. I. p. 169. In Demosthenis Olynth. II. §. 16. p. 22. R. recte nunc Bekkerus scripsit κεκλειμένων τῶν ἐμπορίων, e duobus libris. Olim ediderat κεκλημένων. Item c. Aristogit. §. 28. p. 778. κεκλειμένης, non sine MSS. auctoritate. Κέκλημαι antiquioris Atticismi et poëtarum proprium esse videtur, quare Aeschylo Suppl. 957. vindicem κεκλημένην, quo ducit scriptura codicis Medicei κεκλημένην. PINZG.

34, 6. στρατείας] στρατιὰς Ambr.

34, 7. ἐπ' ἀλλήλους] Thucydides I. init. MORUS.

35, 4. ἐφ' ἑκατέρας Urb. ἐφ' ἑκάτερα Vulg. Ambr. In Panathenaica §. 44. c. 16. p. 241. d. quum legeretur πολλὰς πόλεις ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου (recte Urb. τῶν ἠπείρων) καὶ μεγάλας ἔκτισαν, recte Wolfius correxit ἐφ' ἑκατέρας. Conf. ibid. §. 166. c. 67. p. 267. e. et Philip. §. 112. c. 47. p. 105. a. DIND.

35, 4. ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου] Intelligo, Athenienses in ora maritima et Europae et Asiae multas urbes condidisse. Exemplo sit Sestus et Abydus, in ponti Euxini angustiis Europam ab Asia dirimentis: quarum altera in Europa est, altera in Asia, mari intercedente. W.

35, 5. ἁπάσας Urb. Ambr. Vict. Scaph. πάσας Vulg.

35, 5. τὰς νήσους] Cycladas intelligit, e quibus Minois aetate Caras eiecerunt. Panath. §. 44. et Aristid. Panath. p. 20. qui Aristides, remotis ab ora Graeciae Barbaris, Aegaeum mare pacatum esse gloriatur, quod Wolfius e Thucydide (I, 8.) observarat: etsi Thuc. a Minoe expulsos esse tradidit (cf. Diod. Sic. IV, 6.), quod et Athenienses suo modo facere potuerunt, quanquam Minos fuit θαλαττοκράτωρ. Ceterum hoc beneficium denuo pluribus commendavit Panath. §. 166. e quo loco quaedam partes narrationis accuratius cognosci possunt. Totum autem bellum, quo Graecia amplificata est, ibid. §. 190. c. 76. p. 272. e. πόλεμον περὶ τὴν κτίσιν τῶν ἀποικιῶν appellat. MORUS.

35, 6. ἀμφοτέρους δὲ] Aristot. rhet. III. 9. (p. 182) locum memoriter sic protulit: ἀμφοτέρους δ' ὤνησαν, καὶ τοὺς ὑπομ. καὶ τοὺς ἀκολ. τῶν μὲν γὰρ πλείω τῆς οἴκοι προσεκτήσαντο, τοῖς δ' ἱκανὴν τὴν οἴκοι κατέλιπον. MORUS.

36, 4. περιεβάλοντο] *Omnem terram sibi vindicarunt, occuparunt.* Ergo tenuerunt ampliorem

τέχοντες. ὥστε καὶ τοῖς ὕστερον βουληθεῖσιν ἀποικίσαι τινὰς καὶ μιμήσασθαι τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν πολλὴν ῥαστώνην ἐποίησαν· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔδει κτωμένους χώραν
διακινδυνεύειν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν, εἰς 48
37 ταύτην οἰκεῖν ἰόντας. καίτοι τίς ἂν ταύτης ἡγεμονίαν ἐπιδείξειεν ἢ πατριωτέραν τῆς πρότερον γενομένης πρὶν τὰς πλείστας οἰκισθῆναι τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἢ μᾶλλον συμφέρουσαν τῆς τοὺς μὲν βαρβάρους ἀναστάτους ποιησάσης, τοὺς δ᾽ Ἕλληνας εἰς τοσαύτην εὐπορίαν προαγαγούσης;

Οὐ τοίνυν, ἐπειδὴ τὰ μέγιστα συνδιέπραξε, τῶν ἄλλων ὠλιγώρησεν, ἀλλ᾽ ἀρχὴν μὲν ταύτην ἐποιήσατο τῶν εὐεργεσιῶν, τροφὴν τοῖς δεομένοις εὑρεῖν, ἥνπερ χρὴ τοὺς μέλλοντας καὶ περὶ τῶν ἄλλων καλῶς διοικήσειν, ἡγουμένη δὲ τὸν βίον τὸν ἐπὶ τούτοις μόνον οὔπω τοῦ ζῆν ἐπιθυμεῖν ἀξίως ἔχειν οὕτως ἐπεμελήθη καὶ τῶν λοι-

ea, quam ante incoluerant, regionem. Herodot. V. 25. πόλιν περιβαλέσθαι, *occupare*. Aristoteles προσκτήσασθαι posuit, quae est interpretatio. Morus.

36, 8. ὑφ᾽] Editt. aliquot veteres ἀφ᾽. Rarioris, ἀπό, exempla Thucyd. V. 37. ἐπεσταλμένος ἀπό τινος, *cui ab aliquo mandatum est*. Id. VIII, 48. τὰ πρασσόμενα ἀπὸ Ἀλκιβιάδου. Cf. Fischerus ad Wellerum p. 354. Morus. Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 490.

36, 9. ταύτην] Vid. ad §. 12. Morus.

37, 1. ἐπιδείξειεν om. a pr. m. Urb.

37, 2. πατριωτέραν] Vid. ad §. 25. Morus.

37, 2. τὰς add. Urb. Ambr. Vict.

37, 5. εἰς Urb. Ambr. Vict. ἐπὶ Vulg.

38, 2. ἀρχὴν μὲν ταύτην ἐποιήσατο — εὑρεῖν] Non video satis, qui locus hic sit infinitivo: itaque malim εὑροῦσα. Reperit autem Athen. civitas τοῖς δεομένοις τροφήν, quum iis, de quibus c. 9. dixit, hoc est τοῖς τοῦ βίου δεομένοις, effecerit εὐπορίαν, assignandis sedibus, ibid. De initiis agriculturae frugibusque omnino repertis iam c. 6. 7. 8. dictum erat. Morus. Infinitivum appositionis loco positum bene defendit Coray his exemplis: Euag. §. 28. c. 11. p. 194. b. λαβὼν δὲ ταύτην ἀφορμὴν — ἀμύνεσθαι. Busir. §. 15. c. 6. p. 224. b. ἤρξατο ἐντεῦθεν — καταλαβεῖν, qui locus etiam ob sententiae similitudinem conferendus est. Adde Encom. Hel. §. 20. c. 10. p. 212. a. ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον, μηδενὸς ἀποστῆναι.

38, 4. καλῶς] καλῶν καλῶς Urb. Ambr.

38, 5. ἐπὶ τούτοις μόνον] Vita, quae his tantum rebus (victu et commoratione certa atque commoda) continetur. Morus.

38, 6. καὶ τῶν λοιπῶν] Vulgo alia ratione huius loci partes distinguuntur, sed ita iungendae videntur, ut haec fere edisserant: „Sed urbs nostra non substitit et acquievit in his, verum *initium quidem* beneficiorum eo fecit, quod victum indigentibus paravit, *quum autem* vitam hoc tantum instructam *nondum* putaret dignam, quam quis adamaret, tantam curam etiam *in reliquis* vitae bonis parandis posuit, ut paene omnia ei debeantur.“ Spohn.

πῶν ὥστε τῶν παρόντων τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθῶν, ὅσα μὴ παρὰ θεῶν ἔχομεν, ἀλλὰ δι᾽ ἀλλήλους ἡμῖν γέγονε, μηδὲν μὲν ἄνευ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας εἶναι, τὰ δὲ
39 *πλεῖστα διὰ ταύτην γεγενῆσθαι. παραλαβοῦσα γὰρ τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας, καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ δυναστειῶν ὑβριζομένους, τοὺς δὲ δι᾽ ἀναρχίαν ἀπολλυμένους, καὶ τούτων τῶν κακῶν αὐτοὺς ἀπήλλαξε, τῶν μὲν κυρία γενομένη, τοῖς δ᾽ αὐτὴν παράδειγμα ποιήσασα· πρώτη γὰρ καὶ νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν*
40 *κατεστήσατο. δῆλον δ᾽ ἐκεῖθεν· οἱ γὰρ ἐν ἀρχῇ περὶ τῶν φονικῶν ἐγκαλέσαντες, καὶ βουληθέντες μετὰ λόγου καὶ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους, ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο περὶ αὐτῶν. Καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὑροῦσα, τὰς δὲ δοκιμάσασα, χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις*
41 *παρέδωκεν. Τὴν τοίνυν ἄλλην διοίκησιν οὕτω φιλοξένως* 11
κατεσκευάσατο καὶ πρὸς ἅπαντας οἰκείως ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι τῶν ὑπαρχόντων

38, 8. *θεῶν* Urb. *τῶν θεῶν* Vulg. Ambr.

39, 1. *παραλαβοῦσα*] *Quum* (illo tempore, quo curam Graeciae suscepit) *accepisset*, nacta esset *Graecos*. Morus.

39, 2. *ἀνόμως ζῶντας*] Cicero pro Sext. 42. Inv. I. 2. Morus.

39, 2. *σποράδην οἰκοῦντας*] Encom. Hel. §. 35. c. 17. p. 214. e. de Theseo: *τὴν πόλιν σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν εἰς ταυτὸν συνήγαγε.* Thucyd. II. 15. Saltem hinc discitur, quid sit *σποράδην*. Morus.

39, 5. *παράδειγμα ποιήσασα*] Vid. omnino Thucyd. II. 37. Morus.

39, 6. *νόμους ἔθετο*] Multa collegit Spanhem. ad Callim. H. in Cer. passim. Morus.

40, 1. *δῆλον δ᾽ ἐκεῖθεν*] Narrationi fidem conciliat exemplis Halirrhotii et Orestis, quae ut nota omnibus non exprimit. Fertur autem Mars Halirrhotium Neptuni f. ob violatam Alcippen filiam interfecisse et XII. diis iudicantibus esse absolutus (Apollod. Biblioth. III. 14, 2.). Orestes item parricidii causam in Areopago, Furiis accusantibus, dixisse et ipse etiam vicisse perhibetur. W.

40, 3. *ἐν τοῖς νόμοις*] *secundum leges.* Vid. Matthiae Gr. Gr. p. 1140.

40, 5. *αὐτῶν* Urb. Ambr. Vict. *τούτων* Vulg.

40, 5. *τἀναγκαῖα* Urb. *τὰ ἀναγκαῖα* Vulg. Ambr.

40, 7. *ἄλλοις* Urb. Ambr. Vict. *λοιποῖς* Vulg.

41, 2. *πρὸς ἅπαντας οἰκείως*] H. e. Coepit esse *κοινὴ πόλις* (c. 14.), in quam exteri omnes recipiebantur, *φιλόξενος*. Adde Thuc. II. 39. Morus.

41, 2. *ὥστε καὶ τοῖς — δεομένοις καὶ τοῖς — ἐπιθυμοῦσιν ἀμφοτέροις ἁρμόττειν*] Afferuntur haec in Bekkeri Anecd. 125, 13. et negligentius scripta [*καὶ τ. χρ. δ. κ. τ. ἀπολ. βουλομένοις*] apud Aristotelem Rhetor. III. 9, 7.

ἐπιθυμοῦσιν ἀμφοτέροις ἁρμόττειν, καὶ μήτε τοῖς εὐδαιμονοῦσι μήτε τοῖς δυστυχοῦσιν ἐν ταῖς αὑτῶν ἀχρήστως ἔχειν, ἀλλ᾽ ἑκατέροις αὐτῶν εἶναι παρ᾽ ἡμῖν, τοῖς μὲν ἡδίστας διατριβὰς, τοῖς δ᾽ ἀσφαλεστάτην καταφυγήν.

42 *Ἔτι δὲ τὴν χώραν οὐκ αὐτάρκη κεκτημένων ἑκάστων, ἀλλὰ* 49
τὰ μὲν ἐλλείπουσαν, τὰ δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν φέρουσαν, καὶ πολλῆς ἀπορίας οὔσης τὰ μὲν ὅπου χρὴ διαθέσθαι, τὰ δ᾽ ὁπόθεν εἰσαγαγέσθαι, καὶ ταύταις ταῖς συμφοραῖς ἐπήμυνεν· ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεσκευάσατο, τοσαύτην ἔχονθ᾽ ὑπερβολήν, ὥσθ᾽ ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν παρ᾽ ἑκάστων χαλεπόν ἐστι λαβεῖν, ταῦθ᾽ ἅπαντα παρ᾽ αὐτῆς ῥᾴδιον εἶναι πορίσασθαι.

43 *Τῶν τοίνυν τὰς πανηγύρεις καταστησάντων δικαίως* 12
ἐπαινουμένων ὅτι τοιοῦτον ἔθος ἡμῖν παρέδοσαν, ὥστε σπεισαμένους πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰς ἔχθρας τὰς ἐνεστηκυίας διαλυσαμένους συνελθεῖν εἰς ταυτόν, καὶ μετὰ ταῦτ᾽ εὐχὰς καὶ θυσίας κοινὰς ποιησαμένους ἀναμνησθῆναι μὲν τῆς συγγενείας τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑπαρχούσης, εὐμενεστέρως δ᾽ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, καὶ τάς τε παλαιὰς ξενίας ἀνανεώσασθαι
44 *καὶ καινὰς ἑτέρας ποιήσασθαι, καὶ μήτε τοῖς ἰδιώταις*

Adverte *ἀμφοτέροις* **postpositum. Lucilius:** ***Et formosus homo fuit et famosus utrumque.*** **Dind.**

41, 5. *αὐτῶν* **Urb.** *ἑαυτῶν* **Vulg. Ambr.**

41, 7. *δ᾽ ἀσφαλεστάτην*] **libri** *δὲ ἀσφαλεστάτην.*

42, 3. *διαθέσθαι*] **Dorvillius ad Chariton. p. 269. (p. 362. ed. Lips.) vertit,** ***venum exponere et vendere.*** **Polyb. XIV. 7. praedam** *διατίθεσθαι* **mercatoribus. Morus. Eodem sensu substantivum** *διάθεσις* **legitur Busir. §. 14. c. 6. p. 224. Conf. Interprr. ad Harpocrationem s. v.** *Διάθεσις.* **Quod autem Vict. adscripsit,** *πωλῆσαι*, **interpretamentum hoc videtur, non lectio.**

42, 5. *ἐμπόριον*] **Thuc. II. 38.** *ἐπεισέρχεται ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα.* **Morus.**

42, 6. *κατεσκευάσατο* **Urb. Ambr.** *κατεστήσατο* **Vulg.**

42, 6. *ἔχονθ᾽ ὑπερβολὴν ὥσθ᾽* **Urb. Ambr.** *ὑπερβολὴν ἔχον ὥστε* **Vulg.**

43, 3. *σπεισαμένους*] **Appropinquante Olympicorum ludorum solennitate Elei per** *σπονδοφόρους* **civitatibus Graeciae indutias indicebant; de qua re vid. Thucyd. V. 50. Dissen ad Pind. Isthm. II. 35.**

43, 3. *πρὸς ἀλλήλους* **om. Urb.**

43, 4. *καὶ μετὰ ταῦτ᾽ εὐχὰς* **Urb. Ambr.** *καὶ μετὰ ταῦτα σπονδὰς* **Vict.** *μετὰ δὲ τοῦτο εὐχὰς* **Vulg.**

43, 9. *ἑτέρας* **Urb. Ambr.** *ἄλλας* **Vulg.**

44, 1. *τοῖς ἰδιώταις*] **Qui se non exercuerunt ad edenda ingenii,**

*μήτε τοῖς διενεγκοῦσι τὴν φύσιν ἀργὸν εἶναι τὴν διατρι-
βήν, ἀλλ' ἀθροισθέντων τῶν Ἑλλήνων ἐγγενέσθαι τοῖς
μὲν ἐπιδείξασθαι τὰς αὐτῶν εὐτυχίας, τοῖς δὲ θεάσα-
σθαι τούτους πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζομένους, καὶ μηδε-
τέρους ἀθύμως διάγειν, ἀλλ' ἑκατέρους ἔχειν ἐφ' οἷς
φιλοτιμηθῶσιν, οἱ μὲν ὅταν ἴδωσι τοὺς ἀθλητὰς αὑτῶν
ἕνεκα πονοῦντας, οἱ δ' ὅταν ἐνθυμηθῶσιν ὅτι πάντες
ἐπὶ τὴν σφετέραν θεωρίαν ἥκουσι, — τοσούτων τοίνυν
ἀγαθῶν διὰ τὰς συνόδους ἡμῖν γιγνομένων οὐδ' ἐν τού-
45 τοις ἡ πόλις ἡμῶν ἀπελείφθη. καὶ γὰρ θεάματα πλεῖ-
στα καὶ κάλλιστα κέκτηται, τὰ μὲν ταῖς δαπάναις ὑπερ-
βάλλοντα, τὰ δὲ κατὰ τὰς τέχνας εὐδοκιμοῦντα, τὰ δ'
ἀμφοτέροις τούτοις διαφέροντα· καὶ τὸ πλῆθος τῶν
εἰσαφικνουμένων ὡς ἡμᾶς τοσοῦτόν ἐστιν, ὥστ' εἴ τι ἐν*

virium, dexteritatisque specimina in iis conventibus et ludis. Morus.

44, 3. *ἀλλ' ἀθροισθέντων* Ambr. Dind. *ἀλλ' ἀθρ.* Urb. Bekk. *ἀλλὰ ἀθρ.* Vulg. *ἀθροίζειν*, quod Atticum esse docent grammatici, quum nusquam alibi in Isocrate praebeat liber Urbinas, hoc in loco prosodiam illam casui, non consilio deberi puto. Sic in eodem libro *ἀλῆται* scriptum in Busir. §. 39. c. 16. p. 229. a. sed *ἀλῆται* in Plataic. §. 46. c. 19. p. 305. c. Dind. Et *ἀλᾶσθαι* in Paneg. §. 168.

44, 3. *ἐγγενέσθαι* Urb. Ambr. *εἰς ἓν γενέσθαι* Vulg. Aperta est corruptelae origo ex scriptura veteri *ΕΝΓΕΝΕΣΘΑΙ.* quod pro *ἓν γενέσθαι* acceptum hebes aliquis corrector addita praepositione adiuvare studuit. In Antidosi §. 166. *ἐγγένοιτο* Urb. *ἂν γένοιτο* Vulg. Dind. Dindorfii opinionem de origine lectionis vulgatae confirmat Vict. in quo est *ἓν γενέσθαι*, omissa praepositione.

44, 4. *αὑτῶν* Urb. *αὐτῶν* Ambr. *ἑαυτῶν* Vulg.

44, 4. *εὐτυχίας*] Quidni *εὐεξίας*, ut §. 1.? Bekk. Quam coniecturam in textum recepit Dindorfius. At in lectione codicum non est quo offendaris. Vid. ad §. 1. A Victorio adscriptum est *ἐμψυχίας* f. *εὐψυχίας*.

44, 6. *ἀθύμως διάγειν*] *Ἄθυμος* est h. l. qui eo, quod alios excellere laudarique videt, *aegre fert*, se a nulla re laudabilem esse, *et sibi displicet.* Morus.

